LECHIAS PRINCIPUM AC REGUM POLONIAE ELOGIA HISTORICO-POLITICA, ET PANEGYRES LYRICAE...

Albert Ines

Digitized by Google

7
16-E
49

Digitized by Google

Ex libris Josephi de Ficxellis Romani

7.16 E. 4.9

Digitized by Google

Digitized by Google

LECHIAS
PRINCIPVM
ac
REGVM POLONIÆ
ELOGIA
HISTORICO-POLI
TICA, ET
PANEGYRE
LYRICÆ
AVCTORE
P. ALBERTO INES SOC:
IESV. ANNO DNI. M. DC. LV.



Digitized by Google

MAGNÆ MAGNI DEI MATRI, MARIÆ VIRGINI,

Viuæ Vocis ſuæ Oraculo, REGINÆ POLONIÆ.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Auctor.

TVis iterum pedibus, ſupplices libellos meos aduoluo, ô REGINA! Vt alia taceam, Lechias certè maximè Tua eſt. Ambiuiſſe illam videris, quæ Te, POLONIÆ REGINAM appellari voluiſti. Hereditaria illa in Te Polonorum Pietas, diem mihi diceret;

Digitized by Google

niſi Reges eius Tibi inſcriberem, quam obſequens votis omnium noſtrum calamus, vnicam POLONIARVM HEREDEM, iam olim publico honorauit Elogio. Et verò cui potiùs Regum Faſti inſcribantur, niſi Tibi? Sanè *per Te Reges regnant, per Te Principes imperant.* Iam olim pedibus Tuis Sceptra aduoluta, ac Diadémata ſubiecta, docuerunt; nunquam meliore loco Regum Fortunam collocari, quàm cùm ad Triumphales pedes Tuos proni iaceant. Mundus ipſe, in rotunda Orbis ſui periodo, Tuis ſubſtratus pedibus, teſtatur; omnia ſumma in Orbe, Tibi deberi. Omnes Regum & rerum apices, ille ipſe Tuis calcibus ſubiecit, qui ita Te ſupra omne id, quod mortale eſt, voluit eminere.

Quid porrò dicam? immò quid non dicam?

Digitized by Google

cam? de Tua illa in Societatem noſtram (cuius minimus atomus ſum) Materna propenſione. Tu ſanè, altera poſt IESVM Familiæ huius PARENS es. Quæ in IESV ſuo, Patrem agnoſcit; in Te veneratur MATREM. Næ illa alteri ſe debeat quàm Tibi; cui ipſum debet IGNATIVM. Cùm hic, Tuas ad Aras militare Chriſto Sacramentum dixiſſet; cùm victricia arma illa, quibus ſe, mundumque ſubiugauit vniuerſum, Tibi in Trophæum dedicaſſet: omnia ſua, ſuorumq; ſtudia; omnes cùm gladio & pugione calamos, iam ab hinc, manu ſtipulatâ, Tuo Honori obſtrinxit. Non ille magis ferri ſui, quàm ingenij aciem; nec minùs pugionis, quàm omnium ſuorum acumina Tibi tunc initiauit. Cùm Tuo illo Pallio, in auguſtam latitudinem explicato, vniuerſam Societatem

Digitized by Google

protexiſti: ita factum, vt propè nuditatis ſuæ oblita, ſub Materna ſinus Tui vmbrâ, nulli ſe non præbeat videndam. Non ſecuriùs ſub Aiacis clypeo, alius, quàm Socij, ſub Auguſto veſtis Tuæ patrocinio, degunt, & à tot iniuriarum telis immunes, ſe ſuaque inuoluunt. Ita & minimus ego inter illos, dum ad infimam Pallij Tui laciniam velitor; ad ſuppedaneæ Lunæ Tuæ radios, meliùs quàm ad Cleanthis Lucernam, ingenij mei tenebras eluctatus, paucula hæc lucubraui. Quin igitur Tuis ea pedibus ſubijciam, quæ tot nominibus, vnà mecum, Tua ſunt?

Neq; hæc eò adfero, vt opuſcula mea, quaſi diuinitùs inſpirata, pro Diuinis haberi velim. Scio quàm hæc Nomine Tuo indigna. Illud tamen, arguente Conſcientiâ, fateri, vel inuitus, debeo, hæc quoque

Digitized by Google

que exilia, Tua esse. Scio & atomos, & informia insecta, minoresque vermiculos, Dei opera appellari: nec tamen, tanta Immensitas, minuta hæc, sua dici erubescit. Non detrahit aliena exiguitas, Summæ illi Magnitudini; & mea detrahat Tuæ? Idem de eorum, quæ nunc, & aliàs Tibi obtuli, pusillitate sensus esto. Parua hæc sunt, fateor: sed ne hæc quidem à ruditate mea expectari poterant; nisi Tu, infra vulgus latens ingenium vtcunque exeresses.

Ita ingenuè fateor,

Maiestati Tuæ

Æternùm deuotus,
& nunquam non Tuus,

ALBERTVS INES,
Societ: IESV.

Digitized by Google

Ad Lectorem
PRÆFATIO.

SISTO ad Humanitatis tuæ Tribunal, multorum votorum reum Opuſculum, Lector Humaniſſime. Beneuolum te illi iudicem futurum non diffido. Nihil tu etiam in illud grauiùs decornere poteras. Satis pœnarum luet, publico commiſſam: hoc eſt, ad perpetuam erubeſcendi neceſſitatem condemnatum. Quid porrò de tot Cenſorum calamis, ac calamitatibus; pennisné? dicam, an pœnis? Nullus non hodie rigidus Librorum Cenſor eſt: nullus non Cenſorinus Cato. Quod olim de Martyribus accepimus; illos, nimirum, melle illitos in Solem fuiſſe expoſitos; vt Veſparum, Muſcarum, apum, eulicumq; aculeis auidiùs compungerentur: idem de multis Auctorum Æui noſtri partubus, idem de meo hoc, planè abortiuo, iudicium. Quot Veſpæ, immò quot Fuci, metuendi ſunt? adeò vt multa hic acumina non deſperem. Legiſti Caſſianum illum? ex minimis Magnum Martyrem, & heu! malè nimiùm Literatum? Puerorum quos erudijt ſtylis & calamis excarnificatus; ac planè ſcriptorijs aciebus è vita proſcriptus, Fato noſtro prælu-

ſit. Idem

ſit. Idem plerumq; nobis euenire neceſſe eſt. Pauca hîc à robuſtioribus ingenijs; plura ab inualida manu, ferenda vulnera.

Cæterùm Opuſculum hoc vix aliquis ſeueriùs torſerit, punxeritq; moleſtiùs, quàm ego. Poſſim illud Papinij de eo, paucis immutatis, occinere.

O mihi biſſenos multum cruciata per annos
Lechias!

Totidem fermè annis, ſub lima fuit. Nempe, inquies, Parturiunt montes! *Immò & mentes, mi bone. Sæpe tamen infauſto ingenij abortu, naſcitur* ridiculus Mus. *Nimirum, non eadem eſt ingeniorum Fortuna, & Temporum. Fit ſæpe, vt vota noſtra præfixum ſcopum non attingant: ſæpeq; ingentes conatus, impar ingenium deſtituat. Dandum tamen eſt magna conantibus, ſi ad ſumma quæq; tendentes, non niſi media poſſint attingere. Ego ipſemet, opus hoc, robuſtioribus etiam calamis formidandum, aggredi non audebam. Auctores audendi habui, Magna illa literarum in Prouincia noſtra Nomina, fel: rec. R. P. Premislaum Rudnicki, Polonæ tum Societatis Prouincialem, & P. Paulum Kuhn, meum in Philoſophia Profeſſorem. Magnum vtrumq; Nomen; magnus omniſciæ eruditionis Theſaurus. Hi, dum in Humaniorum literarum excitationem ex condicto veluti incumbunt; meæ quoq; tenuitati, imparem hunc campum, intento digito oſtenderunt. Per tot igitur annos toties proiectum opus, toties in manus reſumptum; ſæpe etiam ab amicis importunè ingeſtum, quandoq; deſperabundus, languidâ manu poliui; ac informem*

Digitized by Google

adeò partum (quod de Vrſo tradunt) quaſi inuitus, indignante calamo, deformaui verius, quàm efformaui. Ita per ſucceſſiuarum horarum interualla (nunquam enim ſolidus menſis, immò rarò dies, labori huic, ex integro ceſſit) paulatim ductum Opus, tandem ad apicem peruenit, aut verius perrepſit. An fruſtra labor hic ſuſceptus? an parum fauſtè ad vmbilicum deductus? tuum erit æſtimare, dum modò ea quæ dextra tibi porrigit, ſiniſtrâ non capias.

Dum Elogia audis; ne te Laconica illa ſeueritas terreat. Ita eam hîc ad Hiſtoricam manſuetudinem inflexi; vt omnium oculis, ne dum animis, quæ ſcribo pateant. Malui quandoq; parum cultus videri, quàm parum apertus. Breuitatem Laconicis Elogiis familiarem, non affectaui: quin immò conſultò, calamo indulſi; ne dum nimiùm breuis eſſe laboro, obſcurus fiam. *Diſplicet ille ſtylus, quem ſine augure, fruſtra adeas. At, neq; frequentia acumina, & leuiores velitantis ingenij Conceptus, alijs Elogiis familiares tibi promitto. Prò iſtis Sententiæ mihi erunt, aliaq; Ethica, Politica, ac Polemica Axiomata. Ipſa enim materia, non tam Scholaſticæ, quàm Politicæ Humanitati ſubiecta. Sententiarum quædam acumina, ex alijs hauſi: tum vt maius pondus quæ ſcribuntur habeant; tum vt Claſſicorum Auctorum verbis, ſenſus mei vibrati, profundiùs in eruditorum mentes ſe inſinuent. Immò nec aliter, citra grande piaculum, facere potui. Cùm enim in Opere hoc, præter Hiſtoriæ Polonæ Epitomen, pleraq; Politices, Ethyces, ac Polemices Arcana, ad Chriſtiano-Politicam-inſtructionem compre-*

Digitized by Google

comprehendere voluerim: nimis forsitan supercilioſum erat, ex priuato genio, certas viris Principibus leges præscribere. Supercilij eiuſmodi inuidiam, facilius ac felicius illi dement, aut diminuent, quibus ipſa Annorum canicies, & multorum Seculorum Præiudicium, quandam Oraculorum auctoritatem conciliauit. Leges hic proinde, excerptos ex aliquibus flores, aut potius confectos ex floribus fauos; ita tamen, vt è mente Macrobij, lib: 1. *Sat.* Quæcunque hauſimus, non patiamur integra eſſe, ne aliena ſint: ſed in quandam digeriem concoquuntur; alioquin in memoriam ire poſſent, non in ingenium.

Si alicubi in Hiſtoriæ veritate erraſſe videbor, non prius debebis errorem damnare, antequam aut omnes, aut pleroſq; eos euoluas, qui de rebus noſtris ſcripſerunt. Sæpe fit vt ab vno neglecta, alterius calamo depromantur. In tanta rerum gentis noſtræ negligentia, plura ex Hiſtoricorum coniecturis colligenda ſunt, quàm ex Commentarijs. At neq; omnia rerum ac Regum momenta, rigidus exactor, à me exigas. Principum iſtorum vitas, exornandas magis ſuſcepi, quàm enarrandas. Liberum mihi proinde erat, quibuſdam eorum geſtis præteritis, quibuſdam leuiter tactis, ea ſolummodò exhibere, quæ vberiorem Literarij cultus ſuggerebant opportunitatem.

Effigies æri inciſas, infra Operis, ac Materiæ Maieſtatem eſſe non neſcio. Sed facilè Religioſa tenuitas mea, tantum in tot Maieſtates admiſſum crimen excuſabit. Digni quidem fuerant tot Sarmatiæ Alexandri, non ab alio quàm ab Apelle

Digitized by Google

pingi, ſi eorum dignitati iurati Chriſto pauperis Egeſtas fuiſſet ſuffragata. Quodſi neq; Soli craſſæ, & obſcuræ vmbræ pudori ſunt: nec ego, nec tot Sereniſſimi Poloniæ Soles, informem hanc Chalcographicarum vmbrarum noctem erubeſcent. Quod aliàs periti Pictores faciunt, vt rudi carbone ductas lineas, exquiſitis coloribus præmittant: idem hîc factum puta: etſi tot excuſationes nondum admittis, liberali manu quem corripis, errorem corrige. Non deerit Auctori & modus, & animus, omnia hæc, in ſecunda editione, ad politiorem cultum reuocandi, dummodò Neruus non deſit.

Plura pro me non adfero, ne amico, Humanitatis tuæ, Tribunali nimiùm diffidere videar. Planè enim cauſæ ſuæ diffidit, qui multis pro ea perorat. Vale Optime Lector, & eò, quo mea tenuitas aſſurgere non potuit, feliciorem calamum promoue.

NOMINA EORVM,

Ex quibus tùm Hiſtorica, tùm Politica veritas in hoc Opere depromitur.

JAm olim ſolenne eſt, Librorum Auctoribus, eorum nomina in prima lucubrationum ſuarum fronte recenſere; ex quibus, veluti ex fontibus, aliqua deriuarunt. Hoc dum facere cogito, occurrit illud celeberrimi Politicorum Lipſij, in quo Lectores, in primo Monitorum Politicorum veſtibulo monitos voluit. *Exempla* (inquit) *quæ hîc ſunt, ſcito ab optimis nec obuijs*

Digitized by Google

uijs Auctoribus esse: Et cur non eos edidi? Quia Nouitij & Grammatici Commatis illa cura videtur: & aut à vano, aut pusillo animo esse. A vano; si Lectionem variam iactas: à pusillo, si diffidis credi. Tum verò animosiùs subdit, *Nobis etas & priora scripta fidem vindicant: qui abrogat, inquirat; spondeo inuenturum Auctores.* Quid dicam? Prioribus illis lectis, iam calamum posueram. Vltima hæc, quæ ab Ætatis, & aliorum Scriptorum præiudicio auctoritatem, & fidem aucupantur, quia in me deficiunt, positum calamum inuitis planè, manibus ingesserunt. Omninò igitur subiungendi fuerunt, ac intento veluti digito monstrandi, ex quibus Historicas & Politicas veritates hausi. Facio id, eò libentiùs, quòd nec in margine, nec in ipso Elogiorum contextu Auctorum nomina adnotauerim; ne scilicet aut Typographi sedulitati, aut Styli, ac Libri concinnitati incommodarem.

AVCTORES.

Ex quibus petita Historia Polona.

Bielscius.
Bonfinius.
Bronicius.
Cromerus.
Dlugossus.
Dubrauius.
Guagninus.
Hagecus.
Herbestein.
Herburtus.
Kadlubek.
Łubienius.
Miechouita.
Neugebauerus.
Orzechouius.
Sarnicius.
Striykouius.
Wapouius.
Zawaccius.

Digitized by Google

AVCTORES.

Ex quibus petita dictamina Politica, Ethica, Polemica.

S. Auguſtinus.
Ariſtoteles.
Ammianus.
Angelus Politianus.
Aloyſius Iuglares.
S. Chryſoſtomus.
Cato.
Capitolinus.
S. Cyprianus.
Cicero.
Cæſar Iulius.
Curtius.
Caſſiodorus.
Columella.
Demoſthenes.
Dio.
Egeſippus.
Emmanuel Theſaurus.
Euſebi⁹ Nerembergius.
Famianus Strada.
Florus.
Franciſcus Patricius.
Herodianus.
Homerus.
Herodotus.
Iſocrates.
Lactantius.
Liuius.
Lipſius.
Minutius.
Plato.
Plinius Secund: Iun.
Pindarus.
Petrarcha.
Paccatus.
Plutarchus.
Quintilianus.
Seneca.
Salluſtius.
Symmachus.
Saauedra.
Sineſius.
Suetonius.
Sarbieuius.
Tacitus.
Vegetius.
Velleius Paterculus.
Valerius Maximus.
Vitruuius.
Xenophon.

Facultas

Digitized by Google

Facultas

Rñdi P. PROVINCIALIS.

EGO STANISLAVS IERZYKOWIC Societatis IESV, in Prouincia Poloniæ Præpositus Prouincialis, potestate ad id mihi facta ab A. R. P. GOSVINO NICKIEL, Societatis nostræ Generali Præposito, concedo, vt Liber, qui inscribitur, LECHIAS, Principum ac Regum Poloniæ Elogia, Historico-Politica, & Panegyres Lyricæ, &c. Auctore *P. ALBERTO INES*, Societatis IESV, à Patribus ad id deputatis census & approbatus, Typis mandetur, si illis, ad quos pertinet, videbitur. In quorum fidem, hasce manu meâ subscriptas, & Officij mei Sigillo munitas dedi, Calisij 27. Iunij, Anno Domini, M. DC. LV.

STANISLAVS IERZYKOWIC.

APPRO-

Digitized by Google

APPROBATIO
Loci Ordinarij.

LECHIAS, Principum ac Regum Poloniæ Elogia Hiſtorico-Politicâ, ac Panegyres Lyricas continens, à Reuerendo Admodum Patre ALBERTO INES Societatis IESV, perquàm culto, eruditoque ſtylo conſcripta, vt ad æuiternam Antiquitatis memoriam, & Chriſtiano Politicam Poſterorum inſtructionem prælo ac luci detur, permitto, 19. April. Anno Domini, 1655.

HYACINTHVS LIBERIVS,
S. Th. D. Præpoſitus SS. Corporis Chriſti Canonic: Regularium. Librorum Cenſor.

PRO

Digitized by Google

PRO LECHIADE,
AD
VIRGINEM MATREM,
ODE VOTIVA.

AVgusta Regum nomina, testibus
Inscribo chartis: iam mihi Martios
Hinc inde collustrasse Fastos,
Iam Lechidum monumenta Regum,
Suoq; dudum tecta silentio,
Mauortiorum stemmata Principum
Datur tueri; & quæ nec olim
Sarmaticum didicêre plectrum,
(Quanquam Polonos Sarbiuius Duces,
Maiore quondam dicere Barbito
Ardebat, ingentesq; Fastos,
Ni viduis inimica terris
Triste imperassent Fata silentium)
Mulcere cantu culmina, & Attici
E valle Permessi, tacentes
Non humilis calamo Thaliæ
Censere Manes. Ergo leues procul
Effeta prisci Nomina Seculi,
Vilemq; nundinata quondam
Ingenij, capitisq; cultum,

Exeſte Muſæ. non ego Pegaſum,
Plenamq; docti fontis amyſtidem
Anhelo Vates; non fluentem
Cecropii per acuta Pindi
Vouebo fontem. Tu potiùs mihi,
O! quam trecentis ſidera plauſibus
MATREMq́, VIRGINEMq́ toto
Nunc etiam reſonare cœlo,
Laudantur vltrò; Tu potiùs mihi,
Quæ bellicoſæ Diua POLONIÆ
REGINA non pridem vocari
Malueras, pretioſa Vati,
Tibi dicatæ flumina Gratiæ,
Affunde Mater. Tu mihi ſuggere,
Quidquid Polonorum marita,
A teneris propè Fama, clunis,
Semper virili robore, & arduo
Tentârit auſu. Sic tibi ſupplici
Delubra colluſtraße cerâ,
Sic vigili reuerenter igne,
Tuo ſacratos Nomine pariêtes
Gratabor olim. Sic tibi quælibet
Calebit Ara; ſic clientes
Splendidiùs ſalient lucernæ.

AD EQVI-

Digitized by Google

AD
EQVITES POLONOS,
AC VNIVERSAM SARMATICAM NOBILITATEM.
ODE INVITATORIA.

AT vos, cruentas dum Patrio manus
Lauatis amni, tinnula Sarmatæ
Audita fila; & mitiorem
Sub rigidos litui labores
Audite Phœbum. quiſq; ſuam ſuper
Innixus haſtam, vel poſitum ſuper.
Infuſus enſem, quà diſertum
Tinnit ebur, reſonumq; molli
Horrore plectrum, belligero genas,
Grandiq; clauſam Caſside paululùm
Exarmet aurem, ac eruditos
Aure bibat leuiore neruos.
Quin nec Gygantum prælia, & aſperos
Cantabo Diuos. non alio procul
Ab Orbe, narrabo, petita
Arma; ſuperuacuumq; Martem.
Paterna prolem fortiùs allicit
Vrgetque Virtus. nata domi magis

Exempla laudantur, quæ edaci
Inuidiæ caruêre morſu.
At dum ſequaces attrahit æmulos,
Senſim Paternis diſplicet incolis
Externa virtus, ſic & olim
Diſplicuit peregrina veſtis
Ac exterarum gloria gentium,
Exoticoq; Sole calentiâ
Trophæa, nec quondam moleſtis
Inuidiæ caruêre telis.
Sic & Latinos dum videt, inuidet.
Carthago mores; ſic ſocij Phrygas
Odêre Graij: ſic ſequaces
Fama premit, perimitq; Turnos.
Et cur remotis hoſpes in Inſulis,
Longè à paternis finibus exules
Muſaſque, nolentemq; Phœbum
Et Lechicas agitare pennas
Deſiderarem? cûi melior domi
Capaxq; pennæ copia ſuppetit,
Fruſtra peregrinos laborat
Ad Citharam reuocare Manes.

PRINCI-

PRINCIPVM, AC REGVM POLONIÆ, COMPENDIVM,

A Ioanne Kochanouio, Pòétarum Polonorum Principe, in decima, Libri primi Lyricorum, Oda, populariter olim decantatum, nunc Latino idiomate, ab Auctore Lechiadis, donatum.

PARODIA PROOEMIALIS.

Quis me? quis? obe! terga volucribus
Vestiuit alis? iam super inferum
Despecto Mundum; iam propinquos
Vsq; licet tegisse cœlos.
Hæc ne illa nunquam se minor aurei
Est flamma Solis? qui pereuntia,
Et nata rursum sempiternis
Secula circumagit choreis.
Hic ille clari circulus Aeris?
Se subsequentùm satrapa siderum
Auctorq; lucis! en stupentes
Insonuit noua vox per aures.
Auditis? an me, ludit inanium
Imago rerum? dulcis an igneâ
E nube, ter respondit Echo?
An soluti trahor arte somni?

Huc nec profanis denſa vaporibus
Caligo, nec nix, nec glacie biſpida
Se grando tollit; ſed per omne
Viua dies rutilat Theatrum,
O digna multo Numine Curia!
O digna pleno te Deus hoſpite
Et Ciue moles! quà propinquum
Ponè latus Tibi, celſiore,
Regina Virtus aſſidet in throno,
Ac æſtimari iam facilis, ſuo
Se Diua commendat colore,
Et famuli regit aſtra cœli.
Quis te? quis iſthic Sclauonicæ decus,
O LECHE! gentis neſciat? ardui
Inceptor Æui, qui Polonas
Pane prior coluiſſe terras,
Totumq; qua-ſe-cunque Boriſthenes,
Ferociori porrigit alueo,
Armiſq;, ferroq;, & virili
Diceris edomuiſſe dextrâ.
Hìc ſubiugatis nubibus altior
Suam remoto CRACVS ab æthere
Proſpectat vrbem; & ſola pene
Palla, virum negat eſſe VENDAM.
Huc militari callidior dolo,
Se ſempiternis ſedibus intulit
PREMISLVS; & qui concitatis
Sarmaticam pedibus Tiaram
Sceptrumq; debet: cùm trepidus ſpei,
Sed fraude nota cautior, integrum

In frena

In frena laxauit iugalem, &
Hàc Lechicam tulit arte Mitram.
Odit dolosos Numen: *& vt sua*
Iustis rependit præmia, iustior
Te PIASTVS edocebit, inter
Sidereas grauis hospes oras?
Nam & ipse cœlos incolit, & suis
Relicta quondam Regna nepotibus
Fortunat, & pene à trecentis,
Audit Auus, Proauusq; Sceptris.
Hîc & propinqui ponè latus Patris
Stat ZEMOVITVS: tu tamen altior
Auum MIECESLAE & Parentem
Ausonijs superas Tropheis.
Per quem Latinis addita Legibus
Se, veriori, Lechia, Numini
Submisit, acclinesq; strauit
Romuleis humeros Tiaris.
Quis ille verò se cuneus tibi
Adiungit vltrò? lumina fortium
Nosco BOLESLAORVM, & illa
Sarmatica monumenta Famæ.
En pulsus olim, decq; monasticis
Extractus vmbris Rex: & quantium
Par grande LESCONVM: & minorem
Qui proprijs sibi, Rex, staturam
Pensauit ausis. en IAGELONIDAS,
Binosq; rursus, nec sibi dispares
Cerno CASIMIROS, quietis
Prælia continuasse palmis.

Hîc te

Hic te micantis æmule sideris,
Cœli coruscis clarior ignibus
Inuicte VLADISLAE, tanto
Aspicio stupefactus astro.
Hic ille magni pectoris integer
OLBRACHTVS: hic & fratris amantior
Se ponè ALEXANDRVM Polonæ
Delicium columenq; laudis
SISMVNDVS infert. quo duce latior
Post crebra torui classica prælij
Polona respirauit ora, &
Laurigeris viruit Triumphis.
O digna proles! ô animæ! quibus
Se Diua toto Nobilitas sinu
Infudit! ô! quondam còemptum
Emeriti subijsse cœlum.
Vos magna vestræ lumina Patriæ,
Nosci merentes & similes Patrum
Vouete natos: vos Auorum
Dissimilem probibite prolem.
At ille qui vos nunc etiam suo
Suppleuit æuo, festa volentibus
Et iura dispensèt Polonis,
Et Patrias sine labe leges.
Ille in supremam non priùs asseri
Festinet aulam; quàm meritis satur
Æuiq; plenus, obsequentes
Non humili terat axe cœlos.

LECHIA-

LECHVS. I.

LECHIADOS

PARS PRIMA.

LECHVS.

Assurge Nomini huic Polonia.
Vt hactenus stares, ab eo accepisti.
Duces, Regesque, cæteros, tibi & Reipublicæ:
Lecho, te, & Rempublicam debes.
Alios sæpius assentatio: hunc, Virtus & Fortuna,
PATREM PATRIÆ FECIT.
PRINCIPEM, DVCEMQVE,
Vix præ eo alium veriùs nominaueris.
Qui Te ad Felicitatis tuæ Principium, suâ ipse manu duxit;
Vtriusque nominis gloriam, ex vero meretur.
REGNI SVI AVCTOR ET PARENS;
PRINCIPVM TYPVS, ET PROTOTYPON,
Regni possessionem, non tam pedibus adijt, quàm manibus.
Nempè Ius primum; vis alterum edicit.
Fortitudinis eius, hoc specimen accipe.
Inuitæ Fortunæ, Regnum eripuit:
Omnibus infortunijs impetitus, non fractus,
Fata ad arbitrium suum, ferro & armis compulit.
Omnem Sclauonicæ gentis gloriam, frustra alibi quæsieris:
Eam tibi, in Compendio dabit.

Digitized by Google

Inde à Lecho ducta Colonia, Polonia ſtetit.
Extra Patriam aliquando, extra ſe nunquàm,
In exilio, ne exularet effecit.
Diſcerent exemplo ſuo Principes,
Reges & Regna, non tam naſci, quàm fieri.
Manu & ingenio circumſcribenda eſt Fortuna,
Ni eius arbitria pati velis.
Vltrò ſuſcepti Exilij Fortunam, fruſtra ei obieceris.
Ad communem Mortalium ſortem te porrige.
Quotquot naſcimur, Exules ſumus.
Aliàs, *omne ſolum Forti Patria eſt.*
Exilium Patriæ, quandoq; augmentum eſt Fortunæ.
Quædam plantæ non aliter fructificant,
Niſi è natiuo ſolo peregrè tranſplantentur.
Quod, ſi aſſentiris Caſs odoro dicenti;
Interdum expedit Patriam negligere,
Vt ſapientia poſſit inueniri:
Vide, quid de eo ſentiendum tibi eſt;
Qui in exilio nouam ſibi potuit Patriam conſtruere.
Plura deſideras?
Auguſti, Æneæ, Iulijque Manes,
Libera Remi Romulique imperia,
Grandem pro Lecho Apologiam dicent.
Liberrimæ quæque gentes,
Ne ſoli natalis anguſtijs, magnitudinem ſtringerent,
Sub Ioue Libero naſci debuerunt.
Fauſtum Libertatis initium eſt;

Patriam

Digitized by Google

Patriam habuisse ad libitum.

Habuit Lechus, & fecit,

Anno post Christiani populi Instauratorem IESVM,

Quingentisimo & Quinquagesimo.

At quantum vel in ipso numero Libertatis auspicium?

Diceres; Liberrimam omnium Gentem,

In Anno Bis Libero,

Quia bis Iubileo,

Nasci debuisse.

Si verò ad prima illa principia nos recipimus;

Polonos, Colonosque, vnus pænè apex distinguet.

E veteri formula, tot vrbium Areas,

Aratro, Maiores nostri metati sunt.

Tantam gloriæ messem,

Ex sterilibus desertisque campis collegimus.

Nimirum; *vbi virtutis cultura accesserit; nihil sterile est.*

Et verò, Natalitia illa Poloniæ arua,

Nunquam Campo Martio, Herbam porrexêre.

Ab illis, natiuo idiomate, Poloniæ nomen impositum:

Vt haberet Virtus posterorum, quò excurreret.

Plurima bella Lechum gessisse illi dubitent;

Qui, quàm *ardua, sunt rerum magnarum exordia,* ignorant.

Sterilis soli ingenium,

Non alius vomer subigit, quàm gladius.

Ipsi Hercinij saltus, tot Lecho debent Ciuicas,

Quot numeramus Ciues.

Nulla ibi, Lecho, arbor, non Laurus; nulla non Trophæum est.

Aliàs, Pace, armis comparata,
Vixit cum ſuis, Lechus, vt Pater cum Liberis;
Quos ipſe potiſsimùm tales effeciſſet.
Ciuium ſuorum Parens & Alumnus;
Eorum ſudoribus victitare maluit, quàm ſanguine.

Frugi Principem,

Alebant vltrò oblatæ ſubditorum fruges.
Non illi, impari contentione terram & Principem coluerunt.
Vidiſſes tunc, quod Xenophon aiebat:
Bonum Principem, nihil differre à bono Patre.

Cenſus tunc & tributa,

Nec-dum nomen apud liberam gentem inuenerant.
Immò nec vllæ Legum Tabulæ; quia paucæ lites.
Ipſe Princeps, optimis moribus populo ius dicebat:
Efficaciſſima enim lex eſt, & morum norma,

Principum vita.

Primam Regni ſui vrbem ab Aquilæ nido auſpicatus;
Felicitatem agnouit in omine.
Hoc erat Fauſtis Auibus, planeque Candidis,
Naſcentis Regni exordia dedicare.

Ad magna & ſublimia natæ genti,

Non aliud debebatur auſpicium.

Huius memoriam ad Poſteros tranſmiſſurus;
Aquilam candidam, alas ad volatum exertantem,
Progentilitio ſtemmate, LECHVS, prætulit.
Currendũ ſcilicet tantũmodò alijs, ad Nominis immortalitatem
Tibi, ô Sarmatia! volare etiam, liberum eſt.

Fuerint

Fuerint Remo, Romuloque imperij omina, Vultures,
Rapacem posterorum genium præsagientes:
Nobis, Aquilæ sunto,
Quibus non alia præda placet,
Quàm defensus Orbis Terrarum.
An & nescio quem Principatum, Regina Auium, portendit?
Armigeram Supremi Numinis,
Si non temerè eam asseruit Antiquitas,
Vtantur manibus nostris fauentes Superi:
Omen, manu interpretabimur.
His auspicijs Lechus noster
Cùm prognatum à se Regnum, propagatum ac adultum,
Dux & Auctor erexisset, rexissetque,
Mortalis esse desijt.
Diuorum enim felicitas est,
Cùm nulli successeris posteritatem reliquisse.

LECHO PRIMO
PANEGYRIS LYRICA,
ODE I.

EST & Polonos non humilis labor
Cantare Reges. tendite Gratiæ,
Imbelle fortiore nervo
Barbiton, arisonoq; buxos

Armate cantu: qui meritis Patrum
Laudem Trophæis denegat; impium
Fatetur heredem; nefaſtus
Egregiæ propè latro Famæ.

At non Poloni, quanquam adamantino
Offuſa cœlo ſæcula fortibus
Notamus armis, & peracta
Belligero ſuper enſe luſtra;

Non & Parentis immemores Lechi,
Formidoloſa robore dextera,
Armiſq́, bellaciq́ ferro,
Quo fuimus genitore nati

Narramus vltrò: cum Mareotica
Superbientis cornua Cynthiæ,
Thracaſq́, Beſſoſq́, & cruenti
Littora depopulamus Iſtri;

Et funerati buſta ſuper Lechi,
Tinctas Gelono ſanguine victimas
Litamus; illuſtreſq́ magno
Inferias agimus Parenti.

Sic bellicoſo par ſoboles Patri,
Per noſtra Lechi, vulnera creſcimus:
Pulchrumq́ Libertatis omen
Magnanimo ſtabilimus auſu.

Tibi Lechea Principium Rei,
Et grandiorum nauiter inclyta
Aurora Regnorum; & futuri
Non humilis Cynoſura ſceptri;

Tibi, perennes, nunc etiam tua
Tuiq́ conſors Lechia Nominis

Debebit annos, & nitentem
Ingenuis AQVILAM ſub alis.
Vtcunq; ſenis grande Nepotibus
Ordiris æuum? iam tibi Regia
Latè coronatum reclinat
Poſteritas caput, & Ducales
Vltrò ſupremis natibus annuunt
Hinc indè Mitræ: iam tibi Regiæ
Scribuntur in cœlis Kalendæ,
Quà Lechici Pater, atq; Princeps
Longùm reducto Nominis omine
Audiris æui: quà tibi ſegreges,
Nil vile ſpirans poſterorum
Auſpicijs, animiſq; virtus
Metatur annos: te rigidi canunt
Quacunq; noſtro, centoculus ſuas
Accendit in cœlo lucernas
Veſper, & excubias ſerenis
Indicit aſtris; te rigidi canunt
Deuexa mundi: te poſitis minor
Getes, reformidat ſagittis
Et domitos tibi flectit arcus.
Te per reclines Roſſus &, & Lechus
Poſt iuſta victæ fulmina Thraciæ,
Infuſus haſtas, naſcituris
Magnanimo canit ore, ſeclis.
Quin & Decembres diceris ad focos,
Poſtquam ſeueris cana adoleuerit
Arctos pruinis; & tenaces
Iſtula concameranit vndas.

Tunc

Tunc & vocatis te pueris grauis
Narrant Parentes: te ſenioribus
Auiq; , grandæuaq; Matres
Sæpè iubent didiciſſe natis.

Te bimus infans; te titubantibus,
Frequens minorum turba Quiritium,
Balbutit in verbis, Poloni
Archetypon, Proauumq; Regni.

Exile quantis Principium dedit
Creuiſſe Regnis! ſic humili fluit
Ex fonte Rhenus: creſcit alta
E tenui, terebinthus, herba.

Hæc, quæ propinquis nubibus obuiat
Alnus; minuto è ſemine pullulat:
Hæc laurus ingens, parua quondam
Virga fuit; modò nutat arbor.

Nec eſt Poloni dedecus Imperi,
Quod Patre nati dicimur Exule:
Inſanit, arctiore quiſquis
Diſsimulat ſua Regna fundo.

Exul Pelides, Paſtor erat Remus;
Et qui Latinæ mœnia Regiæ
Euicit Æneas per omnem
Circumagit ſua fata Pontum.

Vtcunque primum ducimus æra,
Præiudicati naſcimur Exules:
Commune nobiſcum, Poloni,
Exilium, luit exul Orbis.

VISIMI-

Digitized by Google

VISIMIRVS.

E tenebris hunc eruo,
In quibus tot alij, Lechi Nepotes, perierunt:
Lugendi, quia non legendi;
Et pænè non nati; quia non ſatis noti.
Ignara Literarum Antiquitas,
Duo propè Secula, è faſtis noſtris erafit, dum tacuit.
Eſt tamen quod pro ea opponamus.
Infans Regni naſcentis Fama, nec-dum loqui didicerat.
Cunabulis ſuis propior;
Se, ſuaque, ſilentio, vt pannis, inuoluit.
Quippe Factis aptiores quàm Faſtis,
Dum ſcribenda agunt;
Acta, Maiores noſtri, ſcribere neglexerunt.
In illa Tacitorum Academia,
Non ſcribebantur Hiſtoriæ, ſed fiebant:
Quibus, nullus, quantumuis ſuo cognomine longior
Dlugoſſus ſuffecerit.
Periſſet ipſum Lechi nomen, niſi illud Regno indidiſſet
Illo è viuis ſublato; tota ſe poſteris infudit Lethe.
Ex tanto obliuionis naufragio, ſolus enatauit Viſimirus.
Ingens factorum magnitudo, tota obrui non potuit.
Hinc igitur imprimis Virtutem eius metire:
Cùm non pauci Sceptrum præ ipſo tenuerint,
Solus, à Lecho Secundus meruit numerari.
Reuerita eſt tanti nominis Maieſtatem, edax ætas.
Aliorum tumulos; huic, in Trophæum erexit.

Digitized by Google

VISIMIRVS.

E tenebris hunc eruo,
In quibus tot alij, Lechi Nepotes, perierunt:
Lugendi, quia non legendi;
Et pænè non nati; quia non ſatis noti.
Ignara Literarum Antiquitas,
Duo propè Secula, è faſtis noſtris erafit, dum tacuit.
Eſt tamen quod pro ea opponamus.
Infans Regni naſcentis Fama, nec-dum loqui didicerat.
Cunabulis ſuis propior;
Se, ſuaque, ſilentio, vt pannis, inuoluit.
Quippe Factis aptiores quàm Faſtis,
Dum ſcribenda agunt;
Acta, Maiores noſtri, ſcribere neglexerunt.
In illa Tacitorum Academia,
Non ſcribebantur Hiſtoriæ, ſed fiebant:
Quibus, nullus, quantumuis ſuo cognomine longior
Dlugoſſus ſuffecerit.
Perierat ipſum Lechi nomen, niſi illud Regno indidiſſet
Illo è viuis ſublato; tota ſe poſteris infudit Lethe.
Ex tanto obliuionis naufragio, ſolus enatauit Viſimirus.
Ingens factorum magnitudo, tota obrui non potuit.
Hinc igitur imprimis Virtutem eius metire:
Cùm non pauci Sceptrum præ ipſo tenuerint,
Solus, à Lecho Secundus meruit numerari.
Reuerita eſt tanti nominis Maieſtatem, edax ætas.
Aliorum tumulos; huic, in Trophæum erexit.

Digitized by Google

Primus, Polono Marti, anguſtam tellurem ratus;
Bellum Mari inuexit.
Parum erat, Poſterorum memoriæ, in ſolido veſtigia impreſsiſſe,
In Lubrico etiam elemento, non obliteranda reliquit.
Et verò, ceſsit euentus audaciæ.
Ipſum Tyrocinium Naualis prælij,
Ab ingenti victoria auſpicatus eſt.
Claſsicis Polonorum, animata Claſsis,
Ipſa, pro velis, vexilla; ipſa pro ventis vota habuit.
Tot inter procellas, non fluctuauit victoria,
Daniæ Regem, Siuardum,
Ita primùm vicit, vt ampliùs vinci adhuc poſſet:
Ne *langueret abſq; Æmulo virtus.*
Inflatum eius tumorem,
Victâ marinorum fluctuum ſuperbiâ, ſuperauit.
Diceres, vt ambitionem triumpharet, Viſimirus,
Intulit bellum ventis.
Neptuni ferociâ ſuperatâ: ferocire Siuardus dedidicit.
Subacto Pelago; ille quoque ſub iugum iuit.
Iniecerit Helleſponto vincula Xerxes;
Viſimirus, ipſos Maris Dominos, captiuos duxit.
Catenas eius, Siuardus ipſe:
Carcerem, Siuardi filius, Iarmericus, nobilitauit.
Ita Martis, & Maris ſcopulis enauigatis,
Pro victimis hoſtes immolauit?
Danorum ſanguini, ſuum, ſuorumque, affundens ſudorem;
Feliciùs placauit Maria,
Quàm Æneas ſparsâ in fluctus amolâ.

Poſt

Post adeò fauſtum Naualis victoriæ experimentum,
Etiam ad Clauum Imperij felix ſedit.
Magis, fluctu maris, mobile vulgus,
Eâdem dexteritate rexit, quâ olim fluctuans fretum.
Nunquam non cautus Princeps,
Nec extra pelagum in Cautes incidit.
Io Fama!
Poſt diuturnum ſilentium, tandem centum ora reſolue.
Quidquid in tot Lechi nepotibus tacueras,
In vnico hoc prædica.
Eorum ille laudabilis Epitome nominetur.
Inter alia, illud cane
VISIMIRVM.
Regni finibus prorogatis,
Veteris quoque prouerbij fidem abrogaſſe.
Nempè, Viſimiria, Gedanoque
In Baltico Littore exædificatis,
Non fruſtra iam LITTVS ARAT.

VISIMIRO
PANEGYRIS LYRICA.
ODE II.

SI quid virilis, Muſa, ſupercilI
Blandùm ſeuero ſtringis in otio;
Si grande, nec quidquam peroſa,
Robur amas; Citharaq; iuſtam

Accendis iram; ſi tibi Martÿ
Risêre plauſus, ſi vigili Chalybs
Hinc inde flammatus ſereno,
Si tremuli placuêre conti:

Huc te citatis, huc comites ferant
Aurea quadrigis: hic generoſior,
Martemq́, bellaceſq́, verſus
Pierÿ fremat ira plectri?

Te, te, Polona Laudis amantior,
Super Poloni littora Viſtulæ
Narrabo Vates; te increpatis
Auſonio, Viſimire, plectro,

Suadebo neruis. Te rigidis ſuper,
Dum panè primos fundis anhelitus,
Cunis ſagittarum reclinem
Martis amor, ſolidiſq́, Pallas

Infudit armis. Te litui fragor
Ferriq́, primùm non puerilibus,
Cinxêre flammis; & ſupino,
Tela ſuperpoſuêre, collo.

Non te tanoræ vocis amœnior
Sopire nutrix; non titubantibus,
Somnumq́, perſuaſiſſe, verbis,
Et placidam potis eſt quietem.

Sed aût coruſci fulgure balthei,
Aût militaris murmure tympani; aût
Grato pharetrarum tumultu,
Aût ſonitu Lituorum acuto.

Tunc & virili voce ſeuerior,
Matura primo murmura, crederis,

Fudiſſe vagitu; & feroces
Ambiguâ ſine voce fletus.

Quin & marinæ palmæ animoſior,
Nauale fuſis in lacrymis nemus,
Senſim fatigaſſe, & ſecundos,
Diceris, exagitaſſe, remos.

Tunc & moleſtæ frigora Parrhaſis,
Suiſq; canum nubibus, illico
Riſiſſe cœlum, & congelatas
Protinus, arripuiſſe criſtas:

Nec non cruentis ludere pertinax
Puer ſagittis; telaq; paruulo
Tentaſſe narraris lacerto,
Et querulo repetiſſe fletu.

Sic pænè primis proditur indoles
Auguſta cunis. exiguo truces
Ex vngue noſcuntur Leones:
E tenero, Iouis ales, vnco;

Iam verò quantus? quantus in arduas,
Maturiori fortior impetu
Aſſurgis iras? quantus olim
In medios Leo ſurgit Afros.

Te bellicoſis quaſſa tonitruis,
Bello petita mœnia Daniæ
Nouêre victorem; tibiq;
Supplicibus cecidêre muris.

Nouêre fractis, æquora, te Ducem,
Nouêre tonſis. cùm trepidæ rates
Pronis adorauêre malis
Sarmaticæ cuneos Iuuentæ.

Tunc inter ipſas ſe ſtupuit Thetis
Ardere lymphis : tum pauidum mare,
Et littus, & vinci rebelles,
Belligero, Viſimire, fluctus
Accendis igni. Cùm tamen aureo
Pax, Laureatis reddita Faſcibus
Arriſit ore ; quantâ Honorem
Arte foues? mediiſq; vaſtas
Inducis ædes nubibus? Hinc tuo
Notata ſtabant marmora Nomine:
Hinc vaſta repebant ſub ipſos
Saxa polos, tremulumq; Solem.
Tibi Gedani Pergama, & arduas
Debemus Arces: Te Viſimirium
Decus, Lubecanæq; molis
Tecta ſuum didicêre Patrem,
Et pænè ab ipſis ſurgere mœnia
Perſuaſa terris. Te proprium ſui
Narrabit Auctorem Polonus,
Te vetulis recitabit annis.
Te, te erudito ſaucia vulnere,
Mutùm diſerto ſaxa ſilentio
Loquuntur ; in tuumq; caſos
Expediunt, lapides ſepulchrum.

14
VNVS EX DVODECIM PALATINIS

XII. PALATINI.

FAtalis hic Regni noſtri Zodiacus.
Tot in eo numeraueris feras, quot capita.
A mitioribus enim animantibus incipiens,
Mox in Leones, Centauros, Scorpioneſque abijt.
In eo Polona felicitas, duplicem ſenſit Eclipticam.

Quid ergò?

In plures iam Imperium diſtrahi cœptum;
Cùm ei ſuſtinendo par vnus non eſſet.
Sed ô quàm Diuinè dictum,

Non capit Regnum duos.

Quid duodecim?

Tot inter manus diſtracta, ægrè ſibi conſtitit Reſpublica.

Quam toties ſeruauit vnus,

Pænè perdiderunt duodecim.
Polonæ Libertatis Matres priùs, mox Nouercæ;
Tutores primùm, mox perſecutores;

Docuêre:

Bona initia, rarò ſimilibus coronari euentibus;
Et ambitioſis, hominum Priuatorum, manibus,
Nunquam tutò credi integritatem boni publici.
Audi Liuium; audi non tacentem Tacitum.
Priuatorum res ſemper offecêre, officientq; bono publico.
Sua cuiq; vtilitas, peſſimum boni Communis venenum eſt.
Ita & iſti, Leges tollere aptiores, quàm ferre;
Ius dicere maluerunt, quam facere.

Meritò

Meritò tunc vnum in multis Principem desiderares.
Tot capita, non pauciores secuti sensus;
Priuatis dissidijs, pacem publicam disturbârunt.
Arduum enim *est, Potentiam & Concordiam eodem loco consistere.*
Multorum capitum Ambitio,
Nunquam in vnum Corpus bene còaluit.
Perijt tot inter partes Regni integritas.
Florentissima aliàs Respublica, cùm diuiditur, soluitur.
Nec miror tantis hostium rapinis, patuisse Poloniam.
Plura tunc habuit capita, quàm manus.
In illo Optimatum regimine, nihil optimum.
Tot Errantia planè Sidera, noctem quandam effecerant.
At enim; *Respublica quæ æmula cœlo esse velit,*
Ab vno Astrorum Duce, illustrari optat.
Publici hi Patriæ Soles,
Ipsi imperent, si non Soli.
Quod DEVS vniuerso;
Sol cœlis, Phœnix auibus;
Idem Reges Regnis sunto.
Vnum Reipublicæ corpus,
Si non vnius, vno certè animandum est spiritu.
Docuisti tamen, tunc etiam Polonia,
Etsi vni pareas, pluribus te sufficere posse.
Hinc magnitudinem tuam metire;
Conseruandæ tibi vnus sæpè suffecit;
A multis euerti non poteras.
Duodecim Tyrannorum fasces perpessa;
Romano Imperio æmulam te docuisti.
Totidem Roma Tyrannis seruiuit.

Cùm

Cùm eius magnitudine commissa? secura palmæ esse poteris.
Singulos illa semel sustinuit:
In te, vno omnes impetu, bis, incubuerunt.
Quin &, plures tu in tuis numeraueris Nerones,
Quàm Augustos.
At verò, *docent plerumq; quæ nocent.*
Tot inter errores ac terrores, sapuit tandem Polonia.
Malis suis medicinam factura, malos regno exuit.
Quidum ipsam impotentiæ suæ seruire volunt Libertatem,
Tandem & fasces amisêre, & fastum.
In vigesimum annum ægrè tolerato regimine;
Vt vnus feliciter præesset, turba Palatinorum, decessit.
Ac tùm primùm didicimus verè dictum,
Optimorum etiam copia,
Si omnes ex æquo regere velint,
Multùm nocet.
In vnius Coronæ circulo,
Non nisi vnum centrum esse potest.
Si plura sunt;
Corona, omnino vitiosus Circulus est.

In XII. PALATINOS
ODE III.

QVO vos Tyrannorum omine prodigus,
Ad dissidentûm iurgia gentium,
Efflauit æther? ò Poloni
Triste supercilium Trionis?

Non vſq; Lechi veſtra tot impiis,
Et Sceptra, & aurum, credite dexteris.
Quo turba Regum? quouè tantus
Panè, Ducum, populus? nec olim

Ferenda ſpretis Numina Ciuibus,
Regniq; pondus? diminuunt ſuum
Per multa permiſſæ vagari
Tempora, ſuppoſitaſque frontes,
Decus Tiaræ. ſemper erit minor,
Quocunq; dives Lumine fulgeat,
Diuiſa maieſtas. *quid inter*
Tam varios, male ſparſa, Reges?

Quin vt Poloni conſcius imperI,
Hoſpes minorum Viſtula fluminum,
Ductorq;, ſi diuiſus olim,
Multiplici ſua ſtagna riuo,
Latè refundet; parciùs ilicet,
Patri tributum ſoluere Nereo
Dicetur; & non vſq; ripæ
Impatiens, nimiuſq; cœli,
Modeſtiori flumine Lechicos,
Lujrabit agros: ſic decus imperI,
Faſceſq; diſcincti, minorem
In populum exeruêre lucem.

Ebèu! futuro iam trepidi metu,
Voti potentes ſiſtite Sarmatæ;
Veſtræq; Libertatis vnum,
Et Patriæ, geminate, Patrem,
Regniq; Typhin. ſæpius hêu pudor!
Quas diſſidentis conſilij impotes

Rexêre

Rexêre Naucleri, dolendum
Naufragium ſubiêre Claſſes.
Qui ſceptra multas diuidit in manus,
Impendioſæ damna luit ſpei:
Vanumque ſubſtruit labanti
Imperio, Trabeiſque fulcrum.
Nam, quem leuandæ cura tenet domûs,
Se parciori dat Patriæ manu:
Hunc curta natorum ſupellex,
Hunc miſeri, pia cura, Fratris,
Generiq; verſat: ſic malè corruit,
Dum Regna multis ſubdere Ciuibus
Præſumit, in conſulta plebes,
Nec proprijs ſatis eruditum
Vulgus periclis. Siſtite Sarmatæ;
Exile plures non potis eſt manus
Impleſſe geſtamen; nec vlla
Mitra, duo capita, obſequenti
Præcinget auro. Non tamen ardua
Plerumque fructu damna carent ſuo:
Guſtata diſplicebit olim,
Auſa modò placuiſſe multa
Tyrannis aulæ. Quin malè perfida,
Iam diſſonantûm turba regentium
Ceſſit; Palatiniq; tandem,
Mole ſuâ perière Faſces.
Solo Tyranni nomine diſcrepat,
Priuata quiſquis, commoda publico
Præponit. *hâc olim, Poloni,*
Lege nouo date ſceptra Regi.

CRACVS.

QVantum poſt Lechum, Craco debeas
Maturè tecum diſpice Polonia.
Vt eſſes aliquando; Lechus:
Ne perires, Cracus fecit.
Primus te condidit, ſeruauit alter:
Ille fecit, hic refecit:
Inſtaurauit ille; hic reſtaurauit.
Magnitudinem eius, vt deſint cætera, hinc æſtima;
Prouinciæ, cui duodecim Atlantes turpiter ſuccubuêre:
Vnus ipſe pulcherrimè ſuffecit.
Imperium tamen huius, carò à Polonis,
Quia multis precibus emptum.
Tantæ, quantam Principatus pollicebatur,
Felicitatis, abſtemius;
Maluit ad illam cogi, quàm rogare.
Maluit, inquam, ad Honores ferri, quàm ire.
Turpè enim cenſetur, inquit Diuinus Plato,
Vltrò, non verò coactum, ad Imperium accedere.
Adiecit Platoni, Auguſtus, ſuffragium, cùm edixit:
Feliciſſima Reſpublica foret; ſi à nolentibus gubernaretur.
Et verò talis tunc fuit Polonia.
Arduum Regni pondus tot Patriæ malis auctum,
Robuſtiſſimis alioqui Craci humeris, terrori erat.
Veritus ne ſe ingens ruina inuolueret,

Ei ſe

20
CRACVS



Ei ſe arduus Atlas, toto niſu, ſubtrahebat.
Sed, hoc erat poſcentium deſideria inflammare.
Irritantur vota, dum irritantur.
Vbiij ingenij noſtri memores; nitimur in vetitum.
Vt ergo regnaret pænè coactus;
Parere ſemel illis debuit, quibus poſtea imperaret.
In eius laudes, aliena conſpirarunt conuitia.
Nam, quem virtus ſua, iam olim omnibus carum fecerat;
Palatinorum odium fecit gratiorem.
Quippe, *Laus Magnorum Virorum*
Non ſolùm ex illis nitet, quæ ipſi benè;
Sed ex ijs etiam, quæ alij malè agunt.
Ita ſæpè alienum crimen, alienæ gloriæ militat.
Non modicè auxit, ſucceſſoris probitatem;
Eorum qui anteceſſerunt improbitas.
Alienis ſceleribus ſubſtitutam virtutem,
Poſt nubila, Solem puta.
Quanquam nec alia Craco defuerunt,
Quibus honori ſuo, ingens pretium faceret.
Animi magnitudine, etiam ſupra ſortem ſuam euectus;
Fortunam, virtuti vectigalem fecit.
Ab ipſis Regni ſui initijs Mercurij virgâ, pro ſceptro vſus;
Inteſtina ſuorum odia, pacauit, aut ſuſtulit.
Primum quippè reſtauranda ac conſeruandæ Reipublicæ
Inſtrumentum,
CIVIVM VNITAS.
Ergo, illorum, ipſis diſſidijs optimè vſus;
Materiam odiorum ſublaturus, non ipſa odia:
Vt à mutuis cædibus turbulentorum arma auerteret,

Digitized by Google

In hoſtes vertit:

Et *honeſtum bellum, turbulentæ paci prætulit.*
Meliùs enim eſt ab externo hoſte premi,
Quàm à domeſtico opprimi.
Peior eſt bello pax, quæ arcano vbere, bella lactat.
Hoſtium, alios fœderibus, alios vinculis,
Ita deuinxit, vt vinceret; ita vicit, vt conciliaret.
Prædas è Polonia Acturi Galli,
Mortes & vulnera retulerunt.
Tot eorum turmis, vnicam ferri ſui aciem obiecit.
Herculem eum ſi dicimus; Gallicum dicamus neceſſe eſt.
Catenis & ille homines trahit;
Aureis populares, populabundos ferreis.
Cum alijs hoſtibus, adeò felici Marte congreſſus eſt:
Vt ipſam nominis eorum deleret memoriam.
Hactenus qui fuerint, ignoramus.
Vixiſſe illos, ſola docebunt monumenta.
Poſt tot Lauros, domum redux, vitijs bellum intulit.
Ne in licentiam degeneraret Libertas Aurea;
Illius ferro Patria debuit.
Idem nempè vitibus, ingenium & vitijs.
Exuberant, ni falcem ſentiant.
Nec corrupit lenitatis gloriam, puniendi ſeueritas.
Bonis nocet, qui parcit malis.
Vbi magna vitia Regnum obtinent,
Puſilli animi eſt inconſulta Clementia.
Crudelis lenitas eſt, quæ vitia palpat, non curat.
Quos flectere non poterat, plectere debuit Cracus noſter.

Magnam

Magnam vel inde laudem meritus,
Quòd *priuatis aliquorum damnis, publicam felicitatem redimeret*:
Atque ita affectus ſuos moderaretur;
Vt neq; multâ aſperitate, ſubditorum animi exulcerarentur;
Neq; nimiâ Principis lenitate ſoluerentur.
Sanè magnum boni Principatus arcanum eſt,
Non tàm delicta velle punire, quàm tollere.
Ne aut nimium vindicando; Principes, æſtimentur nimij:
Aut leniter agendo; putentur improuidi.
His artibus diu feliciterque Regnum moderatus,
Extructæ à ſe Vrbi nomen impoſuit Cracus,
Dignam tanto operi Coronidem.
Auxit Vrbis magnitudinem, Auctoris magnitudo.
Iubar Europæ, & Serenitatis domicilium,
Inter reliquas Regni noſtri,
Si non ſola; ipſa certè Princeps eſt.
Totũ id, quo Reges noſtri eminent, hinc ſumũt, hîc deponunt.
Nec miror celebratum in Arcis eius, antro
Latuiſſe Draconem.
Aurei Regum velleris, ibi aliquando aſſeruandi præſcius;
Sub exeſa rupe, vigil excubitor accubuit.
Sed reperit monſtrum illud, ſuum in Craco Herculem.
Igne & ille armatus, mortem ei pro cibo obtulit,
Conceptis in vtero fatalibus flammis;
Omnibus ſalutem, ſibi interitum, ingens bellua peperit.
Quippe vt peſtem hanc euerteret, Cracus,
Intra ipſa eius viſcera, Cuniculum egit.
Tam facilè monſtra tollere poteſt, qui vitia ſuſtulit.
Ita vndique pacato Regno,
Omnium gaudia, obitu ſuo funeſtauit Cracus.

Anno

Anno Domini, Septingenteſimo, Trigeſimo.
In Laſſotino monte ſepultus, nunc etiam vrbi ſuæ imminet.
Supra communem mortalium ſortem euectus Princeps,
Ita, etiam poſt fata, debuit eminere.
Quem cœlo ſui Ciues inferre non poterant;
Ei, vtcunque admouerunt.
Non tam corporis quam animi mole nouus Gigas,
Integro monte obrutus eſt.
Si quis, hic fortè ſupremo inſtante Iuſtitio,
Non dicet,
Montes cadite ſuper nos,
Quem ita ſepulchrales operuerunt colles.

CRACO
PANEGYRIS LYRICA,
ODE IV.

ASſurge magnæ non humilis ſpei,
Inter Lechææ ſidera gloriæ,
Arundo felix: i per ipſos
Ingenui latices Honeſti;

Et fœta quondam non popularium
Trophæa Laudum, Pegaſei pedis
Sudore depingens, vetuſtos
Pectine ſollicitato Diuos.

Stat

Stat facta Patrum, ſtat veteres Craci
Arceſq; muroſq;, & nimias polo
Ædes redordiri ; ac venuſtas
Cantibus ædificare turres.
Tu verò quanquam mobilibus tibi,
Teſtis Polona Viſtula gloriæ,
Blanditur vndis ; & natantes
Ad Lechici iuga Laſſotini,
Feſto Napæas elicit agmine,
Ac floridorum Vere tapetium
Ripamq;, vicinumq; vaſti
Hoſpitium recreans ſepulchri,
Quater coactas ad numerum tibi
Lato procellas erigit aggere;
Aſſurge tantiſper, tuâq;
Magnanimos cineres ab vrna,
Ad muſſitantis carmina Barbiti,
Et te loquentis ſibila fiſtulæ
Dimitte paululùm. & tacentes
Ad Citharam, Crace, mitte Manes.
At, non diſerti verbere pollicis,
Vicina cœlo mœnia, & arduas
Inducis ædes: non ſequacem
Ad numeros, ſidiumq; plauſum,
Hinc inde rupem: vincit eburneam,
Quocunq; tandem pectine tinniat,
Chelimq;, metrorumq; legem. &
Pindaricæ ſtrepitum Thaliæ
Inuicta Virtus. Latiùs imperat,
Quæ temperatis Muſica moribus

Reſultat: intenſamque neruis
Diſparibus, trahit & relaxat
Quandoque mentem. *Sic tibi nobiles*
Tuoq; dictæ nomine fauſtius
Creuêre Thebæ: ſic Polonæ,
Crace Parens, ſolidis, Athenæ
Creuêre muris. Non ego poſtmodùm,
Quanquam merenti, vaſtæ cadaueri
Vouebo Mauſoleæa, & ipſi
Pyramides nimias Olympo.
Vrbs ipſa celſis æmula nubibus,
Pompam ſepulchri; nec violabilem
Supplebit vrnam; & præliares
Crace, tibi properabit annos.
Extructa gratis Pergama Ciuibus,
Stant viua functo Marmora Principi.
Huîc Iura, ſeruatique Ciues,
Perpetuos animant Coloſſos.

LECHVS

Digitized by Google

Digitized by Google

LECHVS II.
FRATRICIDA

LECHVS II.

CRACI FILIVS.

AVde iterum Polonia,
Fortunam tuam conferre Romanæ.
Laudis huius commodum,
Ex ipsis incommodis, iterum cape.
Tui etiam Imperij cunabula,
Fraterno sanguine maduerunt.
In Craco, Lechoque, Remum Romulumque habes.
Dispar tamen, in sorte pari, Fatorum ratio.
Remus, quòd transiliuerit;
Cracus, ne transiliret, à Fratre mactatus est.
Pænè perijt, quia præiuit.
Eo crudelissimè trucidato,
Quod expectare Lechus debuerat, rapere maluit.
Felix erat Parens Cracus; nisi hunc genuisset.
Ne in alterutro Filiorum regnaret: Fratricida effecit.
Nempè, Paternæ cupidior fortunæ, quàm virtutis;
Vt illâ potiretur, hanc deseruit.
Indignatus Naturæ,
Quod priorem se, in lucem, extrudere neglexisset;
Detractos è Fratris vitâ annos,
Addere voluit suæ.
Ne sic quidem Mitræ maturus,
Vt Vittam præriperet; vitam eripuit:

Vt Purpuram indueret; omnem humanitatem exuit.
Fraterno illam tingens ſanguine;
Fecit planè bis tinctam.
Ergo venatum profectus,
Quaſi, ipſum diadema, veſtigare, venando vellet;
Fratrem interimit.
Exerceri tanta feritas, extra nemora, non potuit.
Fuerint licet, tot feris habitata;
Nullam tunc, luſtra illa, immaniorem belluam aluerunt.
Seu *plagas*, ſeu *maculas*, retia vocent Pòétæ,
Illorum idiomati Lechus calculum adiecit.
Primum in ſe; alterum in Fratris iugulo,
Ad genuinam vtique ſignificationem reduxit.
Nimirum: *facillimè à magna votorum impotentia,*
Ad magnum ſcelus tranſitur.
Iam olim, *Imperium cupientibus*
Nihil medium, inter ſumma ac præcipitia.
Dum patratum ſcelus doloſo ſtratagemate eludit;
Mendacio illius, ipſa pænè veritas ſuffragata eſt.
Credi poterat à fera ſublatus Frater,
Quem ille occidiſſet.
Sed *deeſt Fortuna inhumano ſceleri.*
Regno, quo Fratrem exuit, & ipſe pulſus eſt.
Ad euulgandum Fratricidij crimen,
Suffecit, ſemet conſcio peccauiſſe.
Non ſatis culpa illa latet, quæ ipſum Auctorem non fugit.
Nemo innocens eſt, quem Conſcientia non abſoluit.
Et verò, *Præcoci ruinâ cadit improbus.*

Prinſ-

Priusquam à Fortuna impellatur, ipsâ sceleris sui molè corruit.

Vulgato facinore;
Indignus eam tellurem calcare iudicatus est,
Quam innocenti sanguine adspersisset.
Ne Paternis, Fraternisque cineribus discors puluis misceretur;
Extra Patriam Exul moritur.
Ita, *quod scelere paraueris Regnum,*
Nunquam stabile est.
Ipsa, interitus sui faber est, sceleribus empta felicitas.
Per nefas quæsita fortuna exitus, cadere est.

DE LECHO II.
CRACI FILIO FRATRICIDA
ODE V.

FRaterna pando crimina; Lechica
Audite gentes. Vt mihi deuia,
Latè recesserunt sepulchra,
Vt dubijs nemora alta ramis!

Vt curiosos, Ister & Istula,
Admurmurantium non sine fontium
Ripaq; mirantis stupore,
Pierij cupidus relati

Arrexit amnes! iam procul horridus,
Venaticorum cornua personat,
Questus molossorum; & pauentes
Ancipiti, resonaq; voce

Flagellat aures. Iam fugientium
Latè refuſis territa caſſibus
Procella Ceruorum, frementes
Implet agros; trepidaſq; terrent,
Quamuis minorum murmure frondium,
Virgulta damas. Hic leporem, canis,
Canemq; vel maioris vrſi
Ira premit; vel vterq; laſſo
In Marte ſudant. Hic malè perfidos
Vltura caſſes Caprea, ſe ſuo
Incluſit errore; & doloſis
Implicuit, ſua colla, textis.
At inde ſetis borripilantibus,
Aper, ſuorum ſpicula dentium
Vibrauit; aduerſumq; contra
Impauido ruit ore, ferrum.
Illic futurâ præda animoſior
Venator inſtat; nec modicos ſui
Accendit in bellum moloſſos,
Atq; hebetes acuit furores,
Clangente cornu. Te tamen interim
Regni libido, purpureos, Leche,
Coëgit in caſſes; propinqui
Mancipium ſpoliumq; Ditis.
Frater cruentos, inter atrocium
Rictus ferarum, tutus, heu! tua
It præda fraudi; ſed vel ipſis
Non benè fraus tegitur cauernis.
Fruſtra, moleſti pectoris impotens,
Quæris fideles, & dubias tui

Tyranne

Tyranne noctes. non latebit
Perpetuas ſcelus inter vmbras.

Excede Regno; quod, Leche, perfidis,
Tortor propinqui ſanguinis, occupas
Dolis; dolo partum, ſceleſta
Eripitur diadema fronti.

Excede Regno; iam tibi vindice
Mentem flagello Frater inhorruit.
Te Terror, vltoreſq; Manes,
Te Domini, quatit vmbra, Patris.

Vt nulla poſſunt crimina conſcios
Latere Diuos! vt vigil impium,
Stat pœna poſt ſcelus! nefaſtos
Parca comes ſequitur nocentes.

At dum vetuſto vulnus hiat ſitu,
Non prima Fratrum, funera plangimus,
Cademq; Lechi. Rarus olim
Rarus amor, pietaſque Fratrum.

Hinc innocentis ſanguine vulneris,
Abel paterni iugera prædij
Adſpergit; & germanicidam
Clamat adhuc, cruor in Cainum.

Thebanus illinc, fumat adhuc cinis,
Et eruditi carmine barbiti
Educta corruêre tecta,
Dum gemini furit ira Fratris.

Quin & cremandi flamma cadaueris
Diſcorde buſto diſcrepat. Vnica
Quos fudit aluus; hos ſuprema
Flamma nequit ſociare Manes.

Illinc

Illinc vetuſti mœnia Romuli,
Fraternus ambit ſanguis, & in ſuo
Hoc carmen inſcribit ſepulchro:
Rarus amor, pietaſque Fratrum.
Rarum profudit Caſtora ſeculum.
At non Thyeſtæ cum cyathis dapes
Menſæq; deſunt. hèu! nouerca
Fertilius mala gignit Æras.

VENDA
CRACI FILIA.

NOn eſt cur veterum Amazonum gloriam,
Orbi antiquo, inuideamus, Poloni.
Pentheſilearum, Camillarumque omnium compendium,
In vnica Venda habemus.
Ne illæ inter meras fabulas cenſeantur;
Huius Hiſtoriæ debent,
Quin &, ne temere virtutum, imagines, Virginũ facie fingantur,
Venda etiam fecit.
Si animum è ſexu æſtimes; fæmina:
Si ex animo & indole ſexum? ſummis par Heroibus.
Sanè, ſi vſpiam alibi, hîc Virago, à Viro dicta.
Fratrum par nacta,
In quorum neutro Caſtorem Pollucemque habere poterat;

Adhuc

VENDA

Adhuc ipſa Helena fuit.
Nec eſt cur te nominis huius Fatum terreat.
Nihil ex eo Venda retinuit, præter formam.
Hæc illi nomen etiam dedit, quod Polonis *Hamum* ſonat.
Nempe, *hamat, quod quiſq; amat.*
Affinia hæc diſſyllaba, ipſa auget aſpiratio, non dirimit.
Maritalem thorum peroſa,
Nemini infra cœlos nubere voluit.
Satiùs erat eſſe Principem, quàm Conſortem Principis.
Tantæ ſerenitati, nubem feciſſet, nubendi neceſsitas.
Sed enim; non latuit ſpectabilis pulchritudo,
Exoculatos Amores.
Singulari formâ prædita,
Commune formoſis periculum incurrit. Placuit.
Heu! quàm multis nocuit, placuiſſe multis.
Specioſum nempè *malum ſpecies.*
Et ſi Latinis credimus; *ſemper formæ, formido affinis.*
Inter Procos Princeps Ritigerus,
Parum abfuit, quin Paridis facinus excitaret.
Sed nec Ilium in Polonia,
Nec in Venda quidquam Helenæ, præter formam, inuenit.
Infames libidinoſorum flammæ, facilè in furores tranſeunt.
Ex reiectis Feſcenninæ tædis, accenſæ ſunt Furiarum faces.
Gradiuus Talaſſio; Pronubæ Iunoni, Bellona ſucceſsit.
Turpis maritus, quod precibus impetrare non potuit;
Ferro voluit imperare.
Iouem planè diceres,
Qui dum Caſtiorem Danaen, auro non potuit demereri:

Totus in ferrum, efferatus eſt.
Adeò *contempti Amores degenerant in Odia.*
Si vnquam alias; tunc vidiſſes,
Cupidinem non minus cæcum, quàm armatum.
At verò Victoria, eiuſdem & ipſa generis, penes Virginem ſtetit.
Facilè ante pugnam vinci poterat,
Iam aliàs amore captus:
Facilè Virgo vincere, ſui victrix.
Præ nuptiali Myrto, triumphalem Laurum eligens;
Maluit hoſtem ſub iugum mittere,
Quàm ad Coniugium admittere.
Auitæ Libertatis conſcia mens,
Nec maritali iugo, ſubijci voluit.
Hîc primùm, impudens Ritigerus, pudori frontem permiſit,
Geminum Virginis robur, rubori viro fuit.
Vi amoris ſubactus, dolori ſuccubuit.
Illum nactus hoſtem,
Quem nec amare poterat; nec odiſſe volebat:
In vtriuſque affectus confinio, egit animam.
Infelix! cui nec amores benè ceſſerunt, nec odia.
Bellonam igitur eam expertus, quam ſibi vouerat Amaſiam;
Imò virum, quam virginem cogitabat;
Ferro ſuo incubuit:
Seu furoris, ſeu impudentiæ faces, ſanguine ſuo extincturus.
Sed & hoſtem ſuum ad Tartara vſque perſequens Venda,
Stygem in Viſtula auſpicatur.
Non niſi toto fluuio ſe expiari poſſe credidit,
Quòd placuerit.

VENDÆ

VENDÆ
PANEGYRIS LYRICA.
ODE VI.

CRedetis. Io? credite, Martios
Virago Lechos bellipotentibus
Erexit armis; & viriles
Ritigeri mulier Polona
Excussit iras? vilius ilicet
Fertur priorum nomen Amazonum,
Virtusq; bellacis Camillæ, &
Orythiæ sonuisse Fama.
Ex quo virili fortior impetu,
Formidolosi prælia Theutonis
Virago repressit; cruentam
Ausa proco numerare Dotem.
Non illa molli femineam, manu
Acum supinis occupat artibus:
Non florulentâ machinatur
Carbaseos, acie, strategos.
At bellicosos Martis acinaces,
Et castra vivo strenua milite
Metatur; ac præferre gaudet
Tela, levi, gravioria, tela.
Frustra minaris prælia, & horrida,
Invise Conjux, tela potentiæ,
Ferrumq;, & armati, repulsa
Pro Venere capis, arma Martis.

Excede Campo; quâ tibi, iam pudor,
Et turpe vinci; triſte ſub arduâ
Conualle metatur ſepulchrum:
I, potiùs tibi ſe maritam

Innominatâ Tyſiphone face
Probabit olim: te furialibus
Procata tædis, coniugabit
Perpetuum ſibi nupta ſponſum.

I, quâ vocaris Fataq; Virginis,
Inexpiato, Ritigere ilicet,
Præcurre Leto, Manibuſq;
Sarmatica refer acta Venda.

At, tu Polona, Virgo, animoſior
Bellona gentis; protinus impios
Vltura Manes, i, ſequâre
Quâ liquidum tibi iam ſepulchrum,

Tuo ſacrandus funere Viſtula
Latè patenti porrigit aluco;
Cum nulla, tam vaſtum cadauer,
Pro merito ſepeliret vrna.

Tibi pudica Laurea Daphnidis,
Vltrò Clientes dedicat arbores,
Ramoſq; quos induta quondam
Virgineo viruit pudore.

Et vſq; Virgo. Iam tibi proprio
Nil de Thoantis cæde ſuperbior,
Diana, deceſſit Corytho:
Iam famulas tibi ſacrat aras.

Tantâq; Pallas iam minor æmulâ
Tibi ſuorum culmina montium

Cedit:

Cedit: Gygánteoſq; tandem
Ipſa ſibi extenuat triumphos.

O digna quondam, non humilem, Dea,
Amni marito nubere ſpiritum.
Tibi Napæarum caterua,
Cærulei regimen profundi,

Et ſceptra Patris Viſtulæ, & abditam
Ceſsêre ſedem. te minor amnium
Plebes; reclinataq; pronâ
Nereides venerantur vrnâ.

Sus quod olim Iulia Tybridi,
Idem Polono, verius, Iſtulæ
Dicêre: ſeruitum Polonis
Dum Geticus fluet Iſter agris.

At vos futuri diſcite Poſteri:
Auguſta ſexum corrigit indoles:
Viroſque, Virgineſque, prima,
Sors variat; manus æquat omnes.

PREMISLAVS
SEV
LESCO I.

NVllis Maiorum imaginibus clarus.
Videtur (quod enim de Rufo Claudius) *ex ſe natus.*
Ipſum etiam nomen ſortitus à meritis;
Non inani omine,
Ab Aurificio, ad Coronam euocatur:
Tanquam ipſemet eam ſibi fabricaturus; quod & fecit.
Regni illius auſpicia, à periculis fuere.
Supra timorem Patriam tutari auſus,
Regnum ſupra ſpem obtinuit.
Se milite, ſe duce, ſe exercitu vſus;
Per diſcrimina propria, è magno Rempub. diſcrimine liberauit.
Ac eius ſecuritatem, ſuis periculis, vbi non inuenit, fecit.
Adeò *inuictus eſt, apud quem plus amor Patriæ poteſt,*
Quàm ſummet periculum.
Magni animi eſt, Fortunam ex ſua æſtimare virtute.
Ergo timori audaciam præferens;
Audere maluit cum paucis, quàm timere cum multis.
Quandoq; enim feſtinantur mala, dum timentur.
Si Bellonæ faſtos excutimus,
Plures ferè timendo perierunt, quàm periclitando:
Et ſæpenumerò, plura mala, belli timor architectatur.

Quam

38
PREMISLAVS

Digitized by Google

Quam ipſummet bellum.
Vnde porrò tum tot periculorum cauſæ?
Ex ipſa vicinia.
Adeò *rarò, Limitaneorum populorum amicitia ſecura eſt.*
Impleuerant tunc Pannones, Pannonico terrore Poloniam:
Malè morati Moraui; nimiam in prædando moram traxerant.
Perierant Patriæ Foci,
Niſi ſuum Premiſlaus deſeruiſſet.
Omnibus ignauo torpore frigentibus,
Igne fabrili accenſa eſt iuſtiſsimi belli Fax.
Ab Aurifice, Aurea Poloniæ Fortuna reparata.
Planè nouâ ille Arte, Lechicum Martem erexit.
Plurimas meſſurus Laureas,
A ſyluarum, & nemorum ſtrage, cædem hoſtium auſpicatur.
Et quia fida, fortiaque pectora deerant;
Arbores, pro Patria, armis induit:
Exhauſtum robur, tot armatis roboribus ſuppletutus.
O verè *maiores viribus artes?*
Optimum præliandi genus eſt,
Trophæis bella gerere, vt vincas.
Pulchrum eſt alijs auxilijs deſtitutum,
Ab ingenio ſuppetias petere.
In bellis enim gerendis, non omnia vires poſſunt.
Potentior ſæpè induſtria eſt.
Ingenij victoria, & felicior eſt, & glorioſior.
Nec illuſit Auctori, magnæ ſpei euentus.
Præliares trunci, in Trophæa pulcherrimè degenerarunt.
Premiſliano ſtratagemati,

Tot

Tot ferè præſagia inerant, quot artes.
Truncos armans, hoſti conuitium fecit.
Arbores excorians, Pannonum Fato præluſit;
Quos poſtea armis & vitâ ſpoliauit.
Felle illiti cortices, victoriam dulcorârunt.
Benè tibi hinc ominare Polonia.
Si vnquam militares tibi manus defuerint;
Non deerunt, quæ pro te vincant, nemora.
Sub nauo & induſtrio Duce,
Omnia victoriæ militant.
Et verò, tam aureâ partâ victoriâ,
Non vulgarem ſe probauit Aurificem Premiſlaus.
Id pro Patria auſus, quod ſine mortis impendio,
Nec cogitari potuit, nec perfici;
Duplici felicitate coronatus eſt:
Et quòd ipſe, & quòd Reſpublica viueret,
Id eſt, priſtinam Libertatem recuperaret.
Neq; enim vita Ciuilis ſine Libertate conſtat.
Hanc quia & ſibi, & Patriæ ſuæ vindicauit;
Liberis omnium votis, Ducali diademate inſignitus eſt.
Quippè tantæ virtuti præmiandæ,
Fruſtra frondes & folia nectèrentur.
Aurea virtus, Ducali auro debuit coronari.
Dignus planè erat illis præfici, quos ſeruauerat.
Et ſanè *miraculo* tum *maius* fuerat,
Inuidendam felicitatem, abſq; inuidia tenuiſſe.
Leſci huius Fortunam, illi etiam læti ſpectauerunt,
Qui ſuam maluiſſent.
Aliàs, *rara eſt lætitia alienæ felicitatis.*

Sola

Sola eximia probitas, impetrat Fortunam ſine inuidia.
Ergò è curru Triumphali, in ſolium ſublatus,
Ne hîc quidem Artis ſuæ oblitus eſt.
Ex FERREO ſæculo, AVREVM fecit.
Quidquid poſtea in Ducatu geſsit, fuit AVREVM.
Parum dixi,
Quidquid egit, quidquid non egit, aureum fuit.
Totus in bonum publicum compoſitus, & intentus;
Totus ſuis potiùs, quàm ſibi impenſus:
Publica ſemper commoda cogitauit, priuata nunquam.
Licuit planè ſub eo viuere otioſis.
Boni enim *Principis labor, omnium otium eſt.*
Atque hinc demum ſubſecutura ſecula
Antiquam Paroemiam,
Recenti confirmate exemplo.
Ex Avrifabro, Avrevs Princeps Premislavs,
Vetus illud dictum aureis in Solio exarauit literis,
Fortvnæ Svæ Qvisqve Faber Est.

PREMISLAO
PANEGYRIS LYRICA,
ODE VII.

FOrtuna Faſces, & dubias rotat
Fortuna Mitras. Hæc modò ruſticum,
Cras eſſe, vel Regem docebit;
Vel famulo, dare iura, Regi.

Digitized by Google

Hæc, quæ ſolutis nuper ademerat
Tauris colonus, Cæſaribus iuga in-
duiſſe; Mitratiſq́; duras,
Frontibus impoſuiſſe leges
Sanciuit olim. Hâc præcipites vehi
Verſante gyros, qui modò paupere
Ligone, non ſatis feracem
Findit humum; poterit recuſo
In arma aratro, ducere Martios
Per ſubditorum tempora, & hoſtium
Per ora ſulcos. At nec vnquam
Lex dubijs placet vna Fatis.
Hâc ſtante, viles exue ſpiritus,
Auſamq́; nuper nîl, generoſius
Attolle, Premiſtæ, mentem; &
Aurifices Trabeis & auro
Im; leto dextras. Iam tibi tot graues,
Tui beatum, verbere mallei
Rependit & curas metallum, &
Sollicitos, meliore dono,
Aurum labores. Iam melior ſpei,
Fuliginoſos abÿce forcipes,
Focoſq́, ruſticumq́ cultum, &
Plebeio capiti Ducalem
Procude mitram; Sic tibi Regÿ
Faſces, & aurum: ſic Dea Faſcium
Fortuna iurauit: tuamq́
Deperÿt Diadema frontem.
Ex quo, decenter callidus, integrum,
Ductor coruſcâ ſub galeâ, nemus,

Pinuſue

Pinuſué, miranteſué quercus,
Et clypeis oneras & haſtis,
Cùm tota quondam ſylua micantibus
Exarſit armis; cùm tibi milites
Hinc inde ſurrexère rami,
Atq; ſuas timuère & ipſa
Querceta frondes. tunc tibi Regias,
Cum Marte, Cœlum, detulit Inſulas;
Sceptrumq;, Regaleſq; cenſus,
Et proprijs decora empta factis.

Obſcurus, *inquit,* Regificis tibi
Poſthac caminus fulgeat ignibus:
Faberque non pundendus ipſe
Emeritæ ſtephanoma fronti,

Tuæ beatus munere dexteræ,
Nil iam ſonanti plebeium ſuper
Lentabis incude: & recuſis
Arte tuâ gladijs in aurum,

Tandem beatum, ſæcula, (ſæcula
Ferri ſcueris illita laminis)
Duces in argentum; AVREOSQVE
Sarmatiæ, fabricabis ANNOS.

Digitized by Google

LESCO
FRAVDVLENTVS.

SVbsiste tantisper ad Columnam hanc, Viator.
Quæ olim totius Sarmatiæ spes sustentauit;
Tibi tantisper esse poterit Terminalis.
Moneo tamen, suspensum pedem cautius figito;
Vbi omnia dolosi ferri, & ingenij aculeis plena.
Nempè, hîc perfidus Lesco,
E ferrea semente, aurcam Coronarum messem sperare ausus:
Immane votum emisit; an amisit?
Nemo tamen te meliùs docuerit,
Quàm *arduum ad Coronas iter* sit.
Quoties ferreâ ad Regnum, semitâ eundum est?
Facilior trames, rarò te eò duxerit.
Verùm, & ad summa tendentibus
Eò ruina periculosior, quò minus patet.
Visum est aliquando Polonis,
(Quasi *tardus Regno ineptus* esset,)
Principem, pedum velocitate, definire.
In diuersa votis euntibus;
Equis ferri ad Regnum placuit.
Quanquam, *nemo ad honorem suum testudo est.*
Præceps in sublimia ambitus esse solet.
Et vbique, *ingens gloria calcar habet.*
Ita à natura comparatum est,
Vt optimi, imò & pessimi quiq; mortalium, supremæ cupiant.

Eminebat

44
LESCO FRAVDVLENTVS.

Digitized by Google

Eminebat in media camporum planitie,
Huic ipſi, cui niteris, Columnæ, impoſitum diadema;
Vt meta, ambientibus eſſet:
Si quem, Ambitio terminum habet.
Lex ea Candidatis dicta,
Vt qui primùm accurriſſet, rerum potiretur.
O quantæ tum ſpes in pedibus!
Ludis hiſce, nihil vnquam Græcia ſimile dedit:
Nihil Romanus ſpectauit Hypodromus.
Et verò poterat tùm Campus ille appellari,
Honoris & Magni Nominis Agonia,
Non multum metu diſtante à meta;
Nam, *ſine timoris impenſa, vix alicubi ſperare datur.*
Quid hîc vafer Leſco faceret?
Fortunæ, inquit, *ſe ſuaq́ permittere, temerarium eſt.*
Viribus & robori, quo ab equis ſuperamur, fidere,
Planè inhumanum.
Itanè bruta de Regno decernant?
In eligendi Principis ſententiam, equinis pedibus eundum eſt?
Arte igitur ſors adiuuanda, vel aduocanda.
Ne auro potiantur; ferrum calcent.
Regnandi ſtimulis exagitatis Dominis,
Fas eſt, etiam equorum vngulas, ſentire ſtimulos.
Dixit, & animi cogitationem, manu ſecutus;
Clauis, hamatoque ferro, iter omne impedit;
Doloſus incautorum Auceps, & Honorum.
Diceres, nouum planè cum Atalanta Herculem.
Ne ad metam præueniretur, tot mala ſparſit.
Sed parum egerat, niſi contra ſuas ſe fraudes præmuniret.

Semper enim, *redit in authorem ſcelus:*
Et pro Tauro Phalaridis, ipſi plerumq; Artifici mugiendum eſt.
Ne ergò ſuiſmet fraudibus, ad ſolium currens præpediretur.
Ferreis equum ſoleis muniuit:
Et amantior equi quàm Æqui,
Effrenato non magis equo, quàm animo,
Cucurrit ad metam.
Tot claui, Clauum Imperij quem eripuerunt alijs,
Auctori ſuo detulerunt.
Omnes quotquot cucurrerant,
Spe magis, quàm equis deiecti,
Coronam yni reliquêre.
Felix erat, ſi tantæ fraudes latere potuiſſent.
At verò, *promptiſſimum eſt Fortunæ laruam exuere.*
Tenue eſt mendacium. perlucet, ſi diligenter inſpexeris.
Quid? quod *lenis eſt Fortuna. citò repoſcit quod dedit.*
Breui, indignus diadematis præmio iudicatus eſt:
Qui adeò facili itinere ad illud peruenerat.
Sepultæ in terra fraudes; in auctoris interitum reuixêre.
Ferrea ſeges; in iuſtam infamiæ meſſem pullulauit.
Deprehenſo dolo;
Qui tantum Polonæ integritati fucum fecerat,
Ab Equis, iniuſta vngularum vulnera vlciſcentibus,
In partes diſcerptus eſt.
Heu! quàm *maior eſt Fortunæ deſcenſus, quàm aſcenſus!*
Magis poteſt humana infelicitas deprimere,
Quam Felicitas attollere.
Atque ſic infelix, Leſco, nimium effuſo curſu,

Ipſum

Digitized by Google

Ipſum vitæ Curriculum præcipitauit.
Vis dicam clariùs?
Sine Metaphora, ad Agonem peruenit.
Abi Viator, & in moræ præmium,
Ad pedem columnæ enaſcentes floſculos lege.
Nihil rerum mortalium tam inſtabile ac fluxum eſt,
Quàm fama Potentiæ, non vi ſuâ nixæ.
Periculoſus eſt omnis Honor:
Ille tamen, quem ſcelera dederunt, periculoſiſſimus.
Parum quippè ſcelera valent, ad retinendam Fortunam.
Ipſam potiùs ruentem impellunt:
Et quam aliquando conſtruunt felicitatem;
Eandem cum ſtrepitu præcipitant.
Semper Tragica eſt, improborum felicitas.

DE LESCONE FRAVDVLENTO

ODE VIII.

Hîc, quâ Polono Vere ſuperbior,
Planus, rotundis ſternitur areis
Campus; ſupinatiq; colles,
Sarmatico, ſcopus eminebat,
Sublimis auro. quem, melior pedum,
Quicunq; primo accurreret impetu,
Rex eſſet; inſigniſq; Mitrâ,
Et Lechico radiaret oſtro.

Hèu!

Hèu! peieranti non benè creditur
Corona Diuæ? cur malè credulus
Committis, & Regnum, Polone, &
Ambiguæ, tua Sceptra, ſorti:

Quò non Ducalis pelliceret Mitræ,
Regniq́ fulgor? Iam radiantium
Leſco Coronarum, & Lechei
Immodico furit igne ſceptri.

Iam callidarum ſemina fraudium,
Terrâq́ tectos, Leſco, ſerit dolos:
Tum plana camporum, & viarum
Præpediens; iter omne acutis

Innodat hamis. Iam propior ſpei,
Laxata toto Nobilitas gradu
Feruntur, effuſiſq́ plenos
Cornipedes animant habenis.

Sed, hic propinquæ turpiter, annuit
Lapſus Columnæ: panèq́ proximam
Subiuit aſpectu Tiaram
Alter, & in rigidis caducus

Remanſit hamis. Hic medios ſuper
Effuſus agros, iam manibus propè
Vicinum adorauit Coloſſum,
Atq́ tuis doluit teneri

O Leſco clauis! Te tamen interim
A tam doloſo libera ſemine
Deduxit, & fruſtra prehenſo
Semita ludificauit auro.

Nam

Nam quid nefastâ callidus indole,
Contra Polonæ Fata Potentiæ
Posses? Coronarumq; Iura!
Et Patriæ melius serenum

Felicitatis? protinus emicat
Mentita virtus. protinus & suum
Correxit errorem; & scelestæ,
Eripuit radios, & aurum.

Corona fronti. scilicet occidit
Quod fraudulentis erigit artibus
Non sola virtus: & doloso
Ambitio, malè fulta, sceptro.

Celata vanis gloria fraudibus,
Laruam decori nominis exuit:
Diuque detrectat latere
In proprij, scelus, arte facti.

Sic parricidam garrula prodidit
Hirundo Bessum. prodidit intimâ
Tellure vox defossa, grandes
Auriculas habuisse Midam.

Digitized by Google

LESCO II.

NOn qui primus, ſed qui optimus, Dux eſto.
Velocior pedes Æquitas; quàm eques Ambitio.
Immò, *qui ad alta tendentibus gradus lentior; ille tutior.*
Habent & moræ ſuum pondus.
Noluit Leſco hic, alienis pedibus debere Regnum.
Omnibus Fortunæ præſidijs deſtitutus,
Pedibus ipſe ſuis, ad Coronam & Solium, eluctatus eſt.
Id eſt proprijs, Fortunam, emit impenſis.
Neq; huic tamen abſq; vulneribus ad Regnum licuit penetrare.
Ad Purpuram tingendã, offenſi pedes, ſanguinem præbuêre.
Quà ad Solium, Regia via pateat, poſteros edocturus;
Cruenta veſtigia, in ſtadio reliquit.
Regalia fuiſſe, vel ex viua hâc purpura ediſce.
Nec eſt cur te ad eius cunabula ducam.
Seruili ſtirpe natus,
Pænè è Carcere cucurrit ad Brauium.
Tantum ſpatium; quod non ſatis mirêre,
Vno ſaltu potuit Fortuna tranſmittere.
Medijs omnibus deſperatis, aut contemptis:
Ab extremis, ad extrema, more ſuo, tranſilijt.
Hoc eſt, VERNAM, ex ſeruo, REGEM fecit.
Et verò, nimiùm quam ſerius hic Fortunæ ludus fuit.
Nemo vnquam Liberorum feliciùs luſit:
Nemo Libertorum, nobiliori pileo donatus eſt.
Omnium concordi plauſu, Princeps inclamatus;
Imperium non tàm quæſiuit, quàm inuenit:
Miratus tantillo procurſu, tantùm ſe à priore Fortuna abeſſe.

Quia

LESCO II.

Digitized by

Quia tamen *Fatorum telis nemo magis obnoxius,*
Quàm qui maximè ſublimis eſt:
Antiquo Ruſticanæ ſortis amictu, per modum Panopliæ vſus;
Aducrſus omnes Fortunæ impetus, ſe præmuniuit.
Quò facilius Fatorum declinaret ictus,
Demiſſus animo, in Solio ſedit.
Ne aliquando Purpurâ exueretur;
Plebeio habitu, nunquam exui voluit.
Vilibus pannis inuoluta Trabea,
Securiùs in Palmaram adoleuit.
Quin &, ne Regalium parietum fulgor,
Inſuetos tantæ luci oculos, hebetaret, vel excæcaret;
Rudi panno eum temperauit, vel obruit.
Verbo; Regale Solium ſplendidè docuit Ruſticari.
Alias *cognatus multorum Fortunæ Lethargus:*
Id eſt, alta nuperrimæ ſortis obliuio.
Pudet meminiſſe, ſe minorem fuiſſe,
Qui ſe videt ſummum eſſe.
Quid? quòd *rara eſt, felicitatis perſeuerantia, cum bona mente:*
Cum ſana; miraculum.
Vt enim *inſanos Felicitas,*
Ita felicitatis ipſus, ſuperbos facit.
Sed correxit Baſilicum hunc errorem, prudens Leſco.
Non puduit eum fuiſſe, quod olim fuerat;
Nec eſſe, quod tunc erat.
Fortunæ ſuæ ita reuerens,
Vt pauca illi in ſuos permitteret:
Quidquid illa in ſe peccauerat, correxit in alijs.
Ille, nimirum *Fortunâ ſua optimè vtitur,*

Qui eam, quàm plurimis, ſecum facit communem.
Vt Maximorum eſt, Fortunam tenuiſſe præ alijs:
Ita Optimorum, deriuare in alios.
Non minùs amoribus felix, quàm odijs,
Nec beneficijs vinci potuit, nec armis.
Quantùm bello partæ Paci addictus; tantùm infenſus otio;
Vt hoc è Regno exigeret, nihil non egit.
Proinde, ludis militaribus, ſerijs proludens victorijs;
Vbiquè belli aleam feliciter luſit.
Æquè poſt triumphum, ac ante pugnam circumſpectus:
Docuit. *Victoriam magis glorioſos efficere bellatores, quàm tutos.*
Infidi quippe *ſunt bellorum euentus:*
Singuliſq́, adeò, momentis militaris Fortuna mutatur.
Quod quia tot vſibus probatum eſt;
Etiam ea pericula non ſunt contemnenda, quæ non metuuntur.
Parum fuit ita circumſpectum fuiſſe: etiam magis prouid⁹ fuit.
Regia liberalitate militarem fortitudinem erigens:
Viſus eſt, *aureâ cote ferrum acuere.*
Nec enim facilè acies ferrum penetrare ſolet,
Quam aurea non impellit dextera.
Addebat beneficiis pondus, ſpontanea liberalitas.
Illius enim Principis munificentia digna eſt,
Apud quem citiùs beneficium inuenitur, quàm quæri poteſt.
Quod nonniſi multis precibus extorqueas,
Beneficij nomen, vix meretur:
Quia carò venditum, nimis carò emptum eſt.
Neque tanta Leſci liberalitas, fructu ſuo caruit:
Propenſis, nimirum, in Principem omnium animis.
Si vnquam aliàs, tunc patuit:

Plura

Plura, beneficentiâ ſuâ poſſe Principes, quàm potentiâ.
Didicit hoc Leſco, aut docuit.
Sub cuius imperio
Nemo fuit aut impunè malus, aut gratis bonus.
Singulariſſimus;
Adhuc tamen ita ſe omnibus communem fecerat:
Vt dubitares ſingulorum eum fuiſſe, an ſimul omnium?
Miſerorũ querelas, tam libẽter audiens, quàm illibenter ferens,
Non minùs eis patulas fores præbuit, quàm aures.
Quidquid auderent loqui, audire paratus;
Eorum poſtulatis, rebus potiùs reſpondebat, quàm verbis.
Non fuerant licet in pedibus,
Dici potuit aures habuiſſe in manibus.
Ita, ne mero planè caſu in coronam impingenti,
Fortuna Sceptrum, temerè, detuliſſe videretur;
Optimè imperando, effecit.
Felix, qui alijs ſeruiendo, imperare didicit.
Porrò benè illum ſeruijſſe, Principatus docuit.
Nemo enim vnquam, qui malè paruit, benè imperauit.

LESCONI SECVNDO
PANEGYRIS LYRICA,
ODE IX.

TIbi Polone Sceptra potentiæ,
Deluſa primi nominis omine,
Fortuna debebat, Lecheæ
Leſco Parens, columenq; Famæ.

Tibi Ducali, cæſariem, Mitra,
Incendit auro. Te, licet in rudes
Cunaſq́; proiectuſq́ pannos,
Plebeio gemitu paternas
Irrumpis auras; te ſibi Regium
Vouebat aurum: te capitis graues
Mitræq́, Faſceſq́, & ſonori
Nobilibus Tituli Coronis.
Te, non profanis munificentia
Inuaſit vlnis; te facilis ſui
Comiſq́ virtus; te tuorum
Clarat amor, modicuſq́ vili
Splendore cultus. Non tibi parietes
Mileſiani ſtamina velleris,
Non lana Serum; non ſuperba,
Sidonio vitiante fuco,
Aulæa cingunt: ſed pretioſior
Auroq́ gemmiſq́, & radiantibus,
Quas Creta, vel Tyros, vel Indus,
Gemmifero vomit ore, conbis,
Et Candor, & non præteriti immemor
Status ſupellex: ſed Patria colu
Intextus; exortiq́ lana,
Attalica ſine fraude, pannus.
Nam cur r tectis fornicibus, tuum
Molliq́ preſſis vellere ſedibus
Vultum inuideres? & flagrantem
Ingenui radio furoris
Herum tueri? Non ego dixeras,
Damnata pictis Numina corrigam

Villis,

Villis, nec indignabor olim,
Mygdonio Phrygioq; fuco
Quondam innocentes, ſi careant oues.
Is nempè picto ſtamine veſtiat,
Laremq;, poſteſq;, & priorum
Sacra ſuo monumenta fumo;
Cûi nudus enſis; cûi clypei timor,
Et entheati ſpicula prælij,
E corde proſcripta, in remotis
Exilium patiuntur oris.
Virtus lacunar, non Marcoticum
Exornat aurum. *Fabricio licet,*
Vultuq;, cultuq;; & ſeueri
Ingenio paries, Catonis,
Clauáq; magni fulguret Herculis;
Ni & ipſe magnum, Fabricij induas
Vultumq;, cultumq;. & Latini
Grande ſupercilium Catonis,
Non vſq; proſunt. Non mihi porticus
Conchiliato viuida ſerico
Aulæa; Maiorumq; Cera
Et pretio radiatæ, & auro,
Longùm pererrent. Non ego pendulos
Pingam Catones; non vigili Lechos
Accendam in auro; Curioſq;
Fœmineo ſimulabo fuco.
Ille ille pannus, qui mihi ruſtica
Modeſtioris membra còercuit,
Horrore lanæ, laureatos
Nunc etiam decoret penates.

LESCO III.

PAternæ Fortunæ ſecundus Heres, immò & Virtutis.
Vtrumque, ita coluit, vt Patri non impar videretur.
Generis eius nobilitatem, vltra pſum, ne quæras.
Auos, Atauoſque, vnico in Patre numerans;
Omnem nepotum gloriam ſolus exhibuit, vel exhauſit.
Hinc adeò ignaua illi Poſteritas.
At verò, Faſtis deſtituto Principi,
Primus bellum intulit, finitimorum faſtus.
E generis nouitate antiquam, malè, æſtimantes virtutem,
Malo ſuo didicerunt:
Seriæ fortitudini, nullam Maiorum ſeriem, nihil obeſſe.
Fruſtra vetera extollimus, recentium incurioſi.
Omnia, quippè, quæ vetuſtiſſima creduntur, noua fuêre.
Nec minus quandoq; noua Nobilitas laudi habet,
Quàm recens, nuperq; facta veſtis.
Ita tunc etiam, recenti, nouæque virtuti,
Succubuit, effeta titulorum vetuſtas.
Fragiles Maiorum Ceræ, nec ſolem pati potuerunt, nec ferrum.
Fatiſcenti Lucinæ, Bellona ſuffragium tulit.
Fumoſas Maiorum imagines, iuſti belli fax, ſuffecit.
Inſigni victoriâ nobilitatus Leſco,
Obiectam ſanguini ſuo labem, hoſtili deterſit.
Adeò *vera Nobilitas, abſq; maioribus eſſe poteſt.*
Ipſius Dei Vnigeniti genus, vltra Patrem non aſſurgit.
Si verò ad Sapientum arbitria reſpicimus,
Sunt à quibus oritur Nobilitas; ſunt in quos refunditur.

Nulli

Digitized by Google

56
LESCO TERTIVS

Nulli tamen nobiliores putantur, quàm Auctores.
Ex iſtorum numero Leſco fuit.
Marte ciuili, ſemel atque iterum, impetitus,
Vt ſuos vinceret, ſeipſum imprimis ſuperauit.
Namque illis, quos perdere poterat, parcens;
Illos, qui perire meruerant, ſeruans:
Citra vitia, & vltra virtutes gloriam ampliauit;
Nulla enim, *in bello Ciuili, victoria, citra vitium;*
Nulla hoſtilis ſanguinis parſimonia,
Non vltra virtutem fuit.
Fidem effati in dubium vocas?
Vetus edictum accipe,
Nihil eſt perniciosius bello Ciuili:
In quo tam qui cadit, quàm qui cædit,
Non omninò pius eſt.
Domi hoſtibus edomitis,
Foris Martem & bella quærit.
Ingentis enim *gloriæ auctoramentum eſt,*
Pugnare pro alijs, cùm pro te non habeas opus.
Quærenda eſt virtutis occaſio; ſi ad manum non fuerit.
Inter alia, quæ nomini eius immortalitatem conciliarunt;
Illud quoque non poſtremum numeretur.
Quonam fato ſublatus ſit? ignoramus.
Semper apud ſuos victurus;
Cùm plurima Regalium virtutum reliquiſſet Monumenta;
Nullum apud eos nactus eſt Sepulchrum.
Ciuium amoribus, ſtipatum Principem,
Domi mors aggredi non auſa;

Digitized by Google

Longiùs à Regno abductum, oppreſsit.
Quem apud ſe morientem non viderant,
Credere poterant Immortalem.
Hæc porrò immortalitas è militari fato orta eſt.
Adeò *generoſis Heroibus tuta ſunt diſcrimina.*
Siue vincant, ſiue cadant, æquè glorioſi,
Ex ipſiſmet vitæ damnis, immortalia commoda colligunt.
Neq; enim ſolum vincere,
Sed perire etiam, Martiæ indoli, glorioſum eſt.
At enim, *ſicut in peſſimis aliquid boni;*
Ita, in optimis aliquid peſſimi inuenitur.
Nulla eſt tam perfecta pulchritudo; quæ ſuos non habeat nævos.
Omninò dignus Æternitate Princeps,
Niſi in dedecus ſuum plùs nimio fecundus,
Impurâ eam poſteritate infamaſſet.
Fœdi Cupidinis tædæ, tantum ſplendorem infuſcarunt.
Vt enim *vnica fax magna ædificia;*
Ita Libido, maxima virtutum, culmina populatur.
Date tamen veniam Poſteri, cui dare gratiam non poteſtis.
Polono Herculi, nihil non, cùm primo, commune.
Si Aſtronomis credimus,
Vbiq; finitima Marti, Venus.

LESCONI TERTIO
ODE X.

NIL vile pando. Suggere barbitum
Acresq; Clio non populariter
Intende neruos. Te disertum,
Magnanimo similis Parenti,
Olim futuris, Lesco, nepotibus
Narrabit aurum. Non tibi segreges
Annisq;, lustrisq;, aut sequestri
Laude suâ caruêre Menses.
Sed cuncta Lauris tempora diuidis,
Laurumq; Lauro, porrigis alteram:
Nouisq; consignas triumphis,
Non viduos sine laude Soles.
Hinc illa pulchris laudibus insidens,
Amica pacis, nescia fraudium,
Castoq; sublucens colore, &
Inuidiæ, Paritas, nouercæ,
Te non profanis auget honoribus.
Hinc dissidentûm gratia Temporum,
Horæq;, concordesq; Lunæ,
Hinc placidi emicuêre Soles.
Non Iura ferro; non chalybi, Togæ,
Sagoq; Leges; non Litui impotens,
Palmamq; præponens Oliuæ,
Perpetuum sine pace, bellum;

Non Annus anno, aut prælia prælijs,
Non plura menſes menſibus inuident
Laudum Trophæa: ſed parato
Quiſq; ſibi viruit triumpho.
Hic feriantûm non ſine nubium,
Et gratulantis riſibus ætheris,
Cœliq; plauſu, contumaces
Terga domum retuliſſe Ciues.
Hic verſa retrò, ſigna rebellium,
Totoq; ſparſas Oceano rates;
Hic bella cantat, hic quietem; hic
Finitimi decora ampla Martis.
Hic mitioris bella Morauiæ,
Hic fœderatæ claſſica Pruſſiæ;
Hic Sceptra, captinoſq; Reges,
Non humili memorat triumpho.
Sic quiſq; magnis diues adoreis,
Inter precantûm vota Quiritium,
Se voluit Annus. ſic perennes
Leſco tibi famulantur Horæ.
Laus quam cruento Mars tulit impetu,
Pacis decoro creſcit in otio.
Alterna fauſtiore Lauru
Bella virent, reduceſque Palmæ.

POPIE-

Digitized by Google

Digitized by Google

POPIELVS I.

NON est cur magnam felicitatem, magni æstimemus,
Quam sæpè videmus in pessimis.
Si Aristoteli credimus,
Vita nostra, simillima Theatro est:
In quo sæpè deterrimi honoratiorem locum obtinent.
At verò,
Miserrima est, sine magna virtute, magna felicitas.
Dicti huius argumentum postulas?
Popielum tibi exhibeo.
Hic, inter pessimos felicissimus;
Inter felices pessimus:
Maiorum suorum felicitati, probrum fecit.
Habuit huius purpura, vnde erubesceret.
Poloni Nominis, probrum seculare:
Ducali sanguine contentus, virtutes contempsit.
At enim,
Parùm prodest illustris ortus, quem mores obscurant.
Ex tanta Lesci nothorum turba,
Ne hic quidem, non spurius.
Ex legitima Coniuge natus,
Natalium honestatem turpissimis moribus infecit.
Talis fuit ante Principatum, vt regnare non mereretur:
Talis in Principatu; vt mereretur non regnare.

Quasi thorum tantum,
Et non arma etiam, bellicosissimus Parens sibi reliquisset;
Totus in mollium castra abijt:
In hoc tantum à Patre non degener.
Poteras tamen hunc Paternæ virtutis speculum appellare,
Ita in omnibus (si vnicam libidinem excipias)
Patris imaginem reddidit è contrario.
Tam fatale hoc mortalibus vitium est,
Facilius in Parentum vitia abeunt, quàm in virtutes.
Pronior est vitiorum disciplina, quàm virtutum,
Quod fertilissimis quibusq; germinibus;
Idem & generoso sanguini vsu venit:
Sæpius in monstra degenerant.
Ita strenuissimi Parentis, ignauissima proles,
Hostium nec aspectum sustinens, nec nomen,
Intra ipsa Regni viscera, se abdidit.
Dixisses, ita omnem à Patre audaciam exhaustam,
Vt solos filio legauerit timores.
Quod si timoris eiusmodi causam quæris?
Hanc interim accipe.
Timuit, regnum illud amittere, quo erat indignissimus.
Solent enim scelesti,
Tacito scelerum vaticinio, infortunia sua augurari.
Etiamsi non intelligat pericula sua,
Quodam veluti instinctu, timere solet mala conscientia.
Aduersa sapè qui timet; interpretatur.
Ergò ad summa quæque natus, ita se deiecit ad infima;
Vt ipsos

Digitized by Google

Vt ipſos etiam faſtidiret montes.
Tot retrò Principibus habitata Regio,
Quia crebris collibus eminebat; Regiam illi dare non potuit.
Cùm vicinum hoſtem, nec ferre poſſet, nec tollere,
Antequam pelleretur, fugatus eſt.
Alias; benè animatis Principibus
Meliora ſunt generoſa pericula, quàm malè conſulta ſecuritas.
Intuta ſunt, quæ indecora.
Pleriq; vicino hoſti, virtutem ſuam debuerunt.
Romanos & Carthaginem cogita.
Sed inſtabili, Popieli ingenio, nec mens fixa, nec domus.
Quidquid fecit, errauit ſemper.
Ingens puſilli animi inconſtantia,
Corporis quoque inquietudinem concitabat.
Cracouiâ Gneſnam; Gneſnâ Kruſzwiciam,
Regni ſedem transferens;
Cœlum mutat, non animum.
Nullibi ſatis tutus, quia ſibi proximus:
Se fugiens, ſe nunquam deſeruit.
Quacunque inceſsit, ſua eum ſegnities comitata eſt.
Viſus tamen fuit Domûs ſuæ fato præluſiſſe.
Mox aliò transferenda;
Ita iam, ſuo cùm Principe, nutabat.
Cocyto propior, Arcem ad Lacum, Goplo dictum, molitur.
Hîc torpori & otio reliquâ vitâ deditus,
Latuit veriùs, quàm habitauit.

Adeò

Adeò, *animo per libidines corrupto,*
Difficilè eſt honeſtum quidpiam aggredi.
Tandem ne nihil egiſſe videretur,
Egit animam.
Hoc ſolo felicior Patre,
Quod ſimillimam ſibi prolem reliquerit.
Deploranda tamen *felicitas illa eſt,*
Cùm à bonis degener ſis, ſimilem genuiſſe.

IN POPIELVM I.

ODE XI.

SVnt & virentes, inter adoreas,
Plerumq; turpi degeneres ſitu,
Rami, & ſtolones: ſunt decori,
Dedecus opprobriumq;, trunci.
Sic bellicoſo deſes Auo nepos
Succedis olim Sarmaticæ pudor,
Popiele Laudis; & Polonæ
Dedecus, opprobriumq; Famæ.
Tibi libido, mollibus adſtitit
Ignaue ſceptris: te nimius ſui
Cultus; ſepultarumq; Laudum
Somnus amat, vigilem Parentum
Oblite Famam. Te Trabeæ impotens,
Nunquam vetuſti nominis, occupat

Lethar-

Letbargus; incultiq; mores
Et tepidæ genius voluptæ.
Tibi Ducali, tunc magè cæcior,
Stultum Corona cingere verticem,
Fortuna permiſit; futuris
Non humilem exhibitura ſcenam,
Monſtrumq; ſæclis. Te muliebribus
Formido venis; te malè pallidus
Timor, maritaleſq; curæ,
Et trepidus vitiauit Horror.
Tunc & ſceleſtis fœda nepotibus
Succreuit ætas: tunc Mæreoticos
Leæna miratur catellos,
In timidas abiiſſe damas.
Ipſaq; tandem, nil generoſius,
Fulsère palmæ: tunc & inania
Inter Polonorum trophæa
Feminæ micuêre vittæ.
Et ipſe Mauors ſe muliebribus,
Paſſim coronari erubuit roſis,
Frontemq;, deſuetoſq; vultus,
Pampinei ſuper irrigari,
Virore veris. tunc modicus ſui
Patriſq; nullus, proſiluit nepos:
Mollique ſertorum ligatæ
Lege comæ, gladioſq; quondam,
Quos Tauricani prodiga ſanguinis,
Threſſo lauabant vulnera murice,
Conſumpſit, ærugo; & pudendo
Roſit iners ſenio vetuſtas.

Sed nec ſceleſtis perpetui cadunt,
Surguntque Soles. *occidis impie*
Popiele Fato; dignus olim
In teneris iacuiſſe cunis.

Primaſq; turpi funere faſcias
Impleſſe; fædo tunc etiam potens
Agnoſci in ore; & nil Paternum in
Femineis habuiſſe malis.

Fruſtra propinquis, arx medio ſuper
Erecta Goplo, te lauat amnibus,
Kruſßwicianuſq; intonatis
Sæpè Lacus geminat procellis.

Non vſq; fœda turpiter eluis
Labem coronæ. Fatet adhuc tui,
Libido, dedecuſq; regni, &
Degeneris rabies furoris.

Auguſta magnæ Symbola gloriæ,
Obliuioſo deterimus ſitu:
Hæret tenaciore factum
Mente ſcelus, memoreſque noxæ.

POPIE-

Digitized by Google

ed by Google

50
POPILIVS II.

POPIELVS II.

IMperij Paterni ex asse Heres,
Scelerum etiam possessionem ad se pertinere ratus;
Vtrumque occupauit.
Ita, *à malo cane, probus catulus non gignitur.*
Amisit in eo Fortuna nomen.
Quoddam enim *Fortunæ infortunium est in scelestum cadere.*
Felicissima est virtutis felicitas:
Quæ ipsammet felicitatem, reddit felicem.
Hâc quia Popielus caruit, fortunam suam infamauit.
A rarò capillitio Chostek dictus,
Ne vnum quidem pilum viri boni habuit.
Deformi animo, par facies, par statura:
Nequam hospitem, ignobili casâ,
Et fædo veluti carcere, coërcente Naturâ.
Ne tum quidem bonus, cùm malus esse vix posset:
Effractis tutelaris parentelæ cancellis,
Prosiliuit, fera è cauea.
Primum ætatis florem, ne quære.
Baccho & Veneri, non tam immolatus est, quàm proiectus.
Vtriusque beneficio, illud assecutus est,
Vt adulta Patris scelera, superaret puer.
Semper quippè malis exemplis, aliquid deterius additur.
Deprauatissima est, aliam imitata malitia:
Et sæpè Archetypum suum, vincit malignitas.
Maturuerunt ante ætatem vitia;

Marcuerunt ante florem virtutes.
Primi generoſæ mentis igniculi, in cyathis merſi,
Verbo omnia;
Perditiſſimus Princeps,
Cùm in Luxuriæ freto,
In Liberi Veneriſque ſcopulos impegiſſet;
Honeſtatis, virtutumq; omnium, in Cratere naufragium fecit.
Illud tamen hîc par miraculo:
Peſſimos mali Principis mores,
Plures inſectati ſunt, quàm ſectati.
Aliàs, *Purpurata ſcelera rarò diſplicent.*
Pleriſq; vitia Principum imitari, genus quoddam obſequij eſt.
Si vſpiam alibi, hîc frequentiſſimè,
Principum mores, in omnem fortunam viam ſternunt.
Fruſtra in Cupiditatum remedium, adhibita Germanica Venus.
Eò formidoloſior, quò formoſior Coniux,
Dum formâ captum ad genium ſuum format,
Regnum & Principem planè deformauit.
Germana planè Furia, aut Furiarum Germana:
Ipsâ Hymenæi face, in furiales tædas abuſa,
Ex ſemifero marito, ferum fecit.
Flammatus eſt in Tyrannidem, torpor,
In ſæuitiam, ignauia.
Infandæ Libidinis flammæ, in furoris incendium.
Auariſſimus: cùm omnes bonæ indolis opes decoxiſſet;
Theſauris inhiare cæpit.
Nullius pretij Principibus, nihil pretio non venale.
Locati ſunt pro nummis Honores.

Benè

Digitized by Google

Benè meritis, præiuêre benè nummati.
Aurum argentumque, apud ferreum Principem,
Aureæ virtuti antelatum.
Sub auaro Principe obſequia argentum præſtat:
Merita aurum.
At verò, quantùm auri auidus, tantùm ferri impotens:
Omnium amoribus deſperatis, vndique coaceruauit timores.
Quò ditior, eò omnibus formidabilior.
Nihil enim *timendum magis, quàm malitia diues.*
Vxori obſequentior, quàm virtuti,
Vt diutiùs imperaret, turpiter ſeruiuit.
Faſtuoſa nimirum Venus, rerum & Regis potita,
Ne, (quod meruerat) imperio priuaretur;
Dolis & armis, vxorium mariti animum inſtruxit.
Neque id non è formula ſcelerum, factum puta.
Nemo faſtum ſine violentia, aut fraude tuetur.
Neceſſaria ambitionis ſequela, auaritia eſt:
Vtriuſq; verò, cædes & funera.
Vocant ſe in ſubſidium ſcelera:
Nec ſine eorum mutua ſocietate, ſtare poteſt malignitas.
Et, ſingula quidem vitia ſingulis contenta ſceleribus:
At in ambitionis obſequium, tota eorum turba accerſitur.
Huius fædum mancipium Popiclus, peſſima vxore inſtigante,
Sceptro ſuo conſulturus, Patruorum fato;
Viginti innocentum capita, crudelitati ſuæ deuouet.
Heu! vnius ſtolidi capitis diadema,
Tot capitum diſpendio malè emitur.
Quaſi verò diutiùs regnaſſe, expediat non meliùs:
Non benè Sceptrorum ſuorum æternitati prouidit;
Qui Regno ſe indignum fecit. Sed,

Digitized by Google

Sed, *rarus eſt, qui Sceptro ſe imparem ſentiat.*
Omninò æger animo Popielus; morbum ſimulat.
Supremùm, Patruos allocuturus, eorum fatum, deflet in ſuo.
Complorantibus, ſalutem propinans, mortem porrigit.
Vel eo ipſo in Humanitatem iniurius,
Quòd non prior poculum prælibârit.
Egit præficam, venefica vxor.
Imminens marito fatum; fæmineis vlulatibus proſecuta:
Virulentiores lacrymas, veneno miſcuit.
Nempè *ſexui huic; tàm facilè eſt ploranda patrare, quàm plorare.*
Verùm deluſa eſt aſtu ſuo impietas.
Dum occultum Parricidij ſcelus,
In publicum proiectis corporibus, ſepelire nititur;
Cœlo teſte, prodita eſt.
Inhumata peremptorum Cadauera,
Cognatam inhumanitatem vulgauêre.
Aduerte artificioſam ſcelerum gradationem.
Patum erat, vitam tot Principibus eripuiſſe;
Tumulos etiam eripuerunt.
Fatale nimirùm malorum ſemen eſt.
Culpa prior, trahit ſequentem.
Simulq; cùm paritur, parit noxa.
Quæ verò, inquies, Parricidarum pœna?
Indigni ambo, quos Numina maiori fulmine ferirent:
Enatis è peremptorum ſtrage muribus, in prædam ceſsêre.
Ineſt etiam Fatis generoſitas quædam.
Molles metas, grauiùs fulminare dedignantur.
Ita Popielus, conſumptus à muribus, vixit vt mus.
Eodem fato omnis eius poſteritas ſublata:

Aui ſui

Digitized by Google

Aui ſui Popieli Primi, vſitatam imprecationem,
Veram planè Prophetiam fecit.
Se ſuoſque muribus in eſcam crebrò deuouens;
Immanis vòti partem, tùm demùm aſſecutus eſt.
Quiſquis Popieli fato, adſtupeſcis, diſce.
Ipſas inſontium mortes, in ſcelerum vindictam,
Non eſſe infecundas.
Qui ſceptri ſepulchrique ius inuiderunt alijs,
Vtroque & ipſi caruêre.
Iuſtiſſimo quippè talione, in ſceleſtos animaduertitur.
Conformat ſceleribus pœnas, iuſta Nemeſis:
Ac magna eſt pœnarum & noxarum cognatio.

IN POPIELVM II.

ODE XII.

AT non ſceleſto degener à Patre,
Toruùm minaci noſceris illico,
Popiele, vagitu; Mitrarum
Excidium, Lechicique Syrtis
Popiele, Regni. Te ſimul, & Dolus,
Et ore duplex Fraus, puerilibus
Inuaſit in cunis; & ipſa
Sacrilegis tibi plauſit vlnis.
Illa & doloſo, tunc etiam ferum,
Armat veneno: quod Phlegetontico
Infundis auro, Patruique,
Theutonica precibus marita,

Mortem

Digitized by Google

Mortem propinas. Te decorum minor,
Inominatæ torpor inertiæ,
Turpisq; Sceptrorum Cupido,
Nec meriti ſitis atra Regni
Stetère circùm. Mox vbi grandior,
Durata multis tempora menſibus,
Molleſq; ſubmittis capillos,
Sarmaticæ radijs tiaræ,
Cernuntur vltrò ter tibi ſe mitræ,
Inauſpicato, ſurripere omine:
Toruamq;, ter rurſum, reductæ
Protinus erubuiſſe frontem
Tuæq; quondam non patiens manus,
Fleuiſſe Sceptrum. Te iocus integris
Regem ſalutauit cachinnus;
Te Procerum Populiq; riſus,
Et ipſe, quanquam ſe popularium,
Contemptus, illo dignus in otio,
Celabat in verbis troporum,
Ambiguâ quatefecit irâ.
Te fœderatæ turma proteruiæ,
Auaaxq; tantis liuor in ædibus:
Metuſq; qui procudit iras,
Et timidis vibrat arma dextris;
Sedère circùm. te ſcelerum patrem,
Hinc inde, multi ſanguinis ébria
Cædes coronauit, ſuoq;
Ipſe Dolus comitatus Aſtu;
Nullumné tandem, dicite Numina?
Vindex profani cuditur imperi

Regnid

Regnique fulmen? an minaces
Compoſuit Nemeſis fauillas?
An diſſolutam, mitior Æacus
Sopiuit vrnam! Non vigiles ego
Damnabo Diuos: creſcit *olim*
Atque morâ trahit, ipſa **maius**
Vindicta pondus. *Dum queror, en putres,*
E conditorum face cadauerum
Hinc inde, pullulare mures,
Incipiunt, refugumque fruſtra,
Circùm Popielum non mediocribus
Errare turmis? vt malè prodiga,
E conſepultis Patruorum
Corporibus, tibi iam Popiele
Vindicta ſurgit? quid petis ardua
Sublimiorum pegmata turrium?
Quid ſtagna? Goplinaque turris
Præſidium? ſceleriſque tanti
Teſtes (profano ſi qua fides Lari)
Popiele muros? non fugies meritum-
Ignaue tormentum. Fugaces
Inſequitur Nemeſis Tyrannos.
Quod ſi minorum vulnera murium
Vitantur vltrò: quid nimio polus
Tonaret igni? quid trecentis
Fulminibus, dubias ruinæ,
Pulſaret arces? ſæpè magis minor
Sentitur ictus. *Det generoſiùs*
Fortuna fortibus perire;
Tu putridi cade dente muris.

PIASTVS.

DIſcite natalibus præferre virtutem, Mortales,
Qui Nobilis natus non eſt; fiat.
Plurimos illinc; nullum hinc Fortuna excludit.
Animus facit Nobilem;
Cui ex quacunq; conditione, ſupra Fortunam licet aſſurgere.
Immo, *Pulchrius eſt magni Nominis Auctorem eſſe, quàm Heredem?*
Augent Poſterorum faſtum, Maiorum faſti.
Veluti ab ignauia, nomen hoc traxiſſent,
Toties Heredes herent.
Docuit hoc vterque Popielus; dedocuit Piaſtus.
In illis, auita Nobilitas, finem,
In hoc nobile Principium inuenit.
Obſcuro genere, illuſtri genio, natus,
Parum Fortunæ; plurimùm virtuti debuit.
A Raſtris vocatus, ad Roſtra,
Triumphalis planè Agricola,
Et Secures ante tractauit, & Faſces.
Mira tamen fati prouidentia,
Quidquid ante principatum geſsit, Principatus rudimentũ fuit.
Paterni ruris agello colendo intentus,
Syluescentis Regni culturæ præluſit.
Tandem auream meſſem collecturus,
Mandabat terræ ſemina.

Vberior

ZA.
PLATVS

Digitized by Google

Vberior gloriæ ſeges, vix aliundè collecta.
Vt liberis ciuibus mitiùs imperaret;
Iugo ſuo boues priùs preſsit, quàm homines.
Nempè, *conſcia auitæ libertatis pectora,*
Flectas potiùs, quàm frangas.
Nihil minùs didicêre, quàm iugum pati.
Ergo tot annis aratro ſubacta tellus,
Tandem imperio Piaſti tota paruit.
Alterum induſtriæ eius negotium, Apes fuêre.
Ab his optimam Reipublicæ formam didicit.
Vt ab Apibus, ſic à Ciuibus,
Nec omnia accipienda, nec nihil.
Primum Tyranni; boni Regis, alterum eſt.
Patrij Candoris retinentiſsimus Piaſti animus,
Vt in apibus, ita nec in moribus, vllum paſſus eſt fucum.
Dulciſsimi liquoris gratia, in ipſos mores redundauit.
Vt abeſſent alia,
Hinc certè nobiles Ceræ Piaſto non defuerunt.
Nec puduit hoſpites Superos, Piaſti fauis,
Nectar, Ambroſiamque ſuam poſtpoſuiſſe.
Mellita Optimi Senis, morum & fauorum ſuauitas,
Dum Genethliacum filio epulum inſtruit;
Ipſos in terram deuocauit Cœlites.
Ab illo lautè tractati; ipſas auxêre lautitias.
Accreuit in Diuorum manibus hoſpitalis Ceres.
Fluxit è vaſe mulſa, velut è flumine.
Omne id, quod tantis hoſpitibus appoſitum eſt, redundauit.
Hoc eſt, beneficia Cœlo fenerari.

Ita re familiari accreſcente,
Ipſi quoque Patrifamilias grande incrementum acceſsit.
Deſperauerat iam Polonus, MELLEA SÆCVLA,
Nunquam ea reuocaturus,
Niſi Apum magiſtro ſceptra detuliſſet.
Poſt fædiſsimas vtriuſque Popieli Popinas,
FRVGI PRINCEPS quærendus erat inter fruges;
Vt olim Gedeon in Horreo.
Longis ambagibus agitati Ciues,
Dum in Kruſzwicienſibus Comitijs, diſcordes trahunt moras,
Non operam modò conſumpſerant, ſed & fruges.
Omnibus non minùs fame, quàm curâ confectis;
E liberali Piaſti penu, ciborum penuriæ ſubuentum eſt.
Et verò, omnibus ſuffragijs prævaluit Ceres.
Creditus eſt eos regere poſſe; alere quos potuit.
Auxit boni Principis pretium, annonæ caritas.
In eius felicitatem, vicina conſpirarunt vocabula.
Tantum Famæ augmentum, peperit fames:
Fauorem omnium; conciliarunt Faui.
Adeò, iam olim, inter Principum ſuffragia,
Primas tenuit Panis.
Audet ſe liberalibus credere magna Fortuna.
Magnæ opes, largiendo fiunt maximæ:
Tenaces illiberalium manus; rarò Sceptra tenuerunt.
Iactet ſuos Roma Traianos: Piaſtus noſter,
Priùs Ciuibus ſuis Sportulas diſtribuit, quàm imperaſſet.
Antequam in Principem legeretur, facilè omnium Princeps,
Lautiſsimum ſuis Congiarium dedit.
In adeò ſecunda, prioris Fortunæ non immemor,
Nec in

Nec in Purpura Piaſtum ſe oblitus eſt.
Aliàs, *fragilis eſt felicium memoria.*
Arctior Fortunæ amplexus, reminiſcentiam lædit.
Hinc, *rarò felix, felicem eorum memoriam habet,*
Quæ ante felicitatem tractauit.
Quod ne Piaſto quoque, eò loci, eueniret:
Perennem prioris ſortis ſuæ memoriam habiturus;
Dum ad Solium rapitur, tiliaceos non exuit calceos:
Felici vtique præſagio;
Vt Regalem Purpuram, calcaret molliùs.
An &, vt ſui ſimilibus,
Ruſtica veſtigia, in ſolio relinqueret;
Ambitioſam Poſteritatem edocturus:
E caſa quoq; ad Solia & Coronas,
Lutulentis aliàs pedibus, peruium iter, eſſe.
Et præſtitit ille vtrumque feliciſsimè.
Innatum Regali Purpuræ tumorem,
In primo eius aditu, adeò inſueto pede, oppreſsit.
Ducalem Thronum, Centenario ſene, occupante,
Omnis ſcelerum, ſceleratorumque turba, Regno exceſsit.
Siue quod indignùm faſtu ſuo ducerent,
Sub Ruſtico Duce ſtipendia mereri:
Siue, quod verò ſimilius,
Quia ipſum auguſti ſenis aſpectum ferre non poterant.
Tandem viginti ſupra centum annos natus;
Ne ita quidem ſuis ſatis vixiſſe viſus, VIXIT.
Optimum experti Ciues; Æternum voluerunt.
Iuſtiſsima eorum deſideria, cùm in ſuis non poſſet,

In Posterorum annis impleuit.
Nimirùm Coronata Piasti Posteritas,
Ad Casimirum vsque Magnum propagata:
Non interruptâ serie Polona Sceptra tenuit.
Neque verò tot Sæculorum iniuriâ,
(Quod plerisque solenne est.)
Regium Piasti sanguinem elanguisse puta.
Tantus fuit, vt etiam tum, cùm desinendum fuerit,
In MAGNO desierit.
Aliàs, quot eorum Myriades numeramus,
Qui à Maximis exorti, in Minimos decreuerunt?
Vt enim supremis culminibus; ita & magnis Genesibus,
In punctum desinere, basilicum est.
Nihil citiùs, quàm magna Fortuna decoquitur.

PIASTO
PANEGYRIS LYRICA.
ODE XIII.

IMpunè posthac spernere rusticas
Vetabo cunas. Quid iuuat aureo,
Vagire porrectum, in cubili
Aût humili populare stratum
Implere fletu? non facient virum,
Quocunque grandes lumine fulserint
Panni: Paternarumque laudum
In proauis seges ampla Ceris.

Frustra

Fruſtra Paternis quiſq; ſuperbior
Tumebit actis. Feruor, & arduæ
Iurata Virtuti voluntas,
Perpetuâ viret ipſa, Lauro.
Sic te, Polonæ Piaſte Parens ſpei,
Vulgaris, olim plebeios ſuper,
Lucina, proieciſſe pannos,
Ac tenues Pater ipſe fertur
Koßiſco cunas. cùm popularia
Kruſßwiciani limina compiti
Irrepis; & maturus olim
Aût Patrios comitaris hædos:
Aût ruſticanum grandibus accinis
Carmen iuuencis. Carpite; carpite
Herbamque florenteſque campos,
Solliciti mea cura patris,
Dum vos minori ſolor arundine,
Blandiſque paſtum ſuadeo cantibus;
Rudique præludo flagello
Vomeribus, grauibuſque raſtris.
Hæc ter canebas: terq; tibi ſimul,
Sed fauſtiori ſine Serenior
Reſpondit Echo: progq; RASTRIS;
Auſa fuit geminaſſe, ROSTRIS.
Quin te & fauentûm vota ſodalium,
Cum ludibundo Regia calculo,
Et Sceptra diſpenſant, & arma, &
Straminea radios corona:
Poſtquam iocoſa lege puêritia,
Strauêre pictis roſtra tapetibus;

Regem

Regem ſalutauère, ficti, in
Puluereo proceres Senatu.
Quos cùm è propinqui pariêtis oſtio,
Furtim tuetur; riſit, & illicet,
Paterq́, nec vouiſſe tantùm
Auſa parens, tibi rurſus agros,
Rurſusq́ tauros ſuggerit, & greges,
Et rurſus hædos. Non eadem tamen
Fortuna, præſagiq́ Faſces,
Et Lechici capitale Regni
Vouebat aurum. quin prece diſſonâ
Damnaſſe fertur, tam trepidum ſpei
Patremq́, inaudacemq́ voti,
Sollicitum Diadema, Matrem.
Motiq́ tandem, currite Sæcula
Dixêre Faſces. protinus aurei
Risêre Menſes, & recuſis
In pretium emicuêre luſtris.
Tandemq́ læti fauſtior ominis,
Quas ruſticanis, Piaſte, ligonibus
Colonus implebas; eaſdem
Sarmatico potuiſſe dextras
Impleſſe Sceptro diceris. En tibi
Vitro, Ducalis Mitra, ſenilibus
Aſſurgit in comis; tuamq́
Non humili rigat igne frontem.
Iamq́ hoſpitalis munere gratiæ,
Summus Poloni Nominis arbiter
Crearis; & ſortem ſtupentes,
Munificâ cohibes Coronâ

Frenaſq́

Digitized by Google

Digitized by Google

Frenasq́ canos. Iam tibi perfidæ
Ceſsère fraudes: iam trepidi Metus,
Doluſq́ bifrons, & ſceleſto
Otia diſſimulata vultu.
Vtcunq́ pauco melle beatior,
Villana gratis fercula Ciuibus
Et mella diſpenſas; Polonus
Te dominis Honor ambit **vlnis.**
Amara tandem Sæcula melleos
Sperate menſes: dulciùs, illicet,
Condire vos Apum Magiſter
Sarmatico poterit ſub **auro.**

ZEMOVITVS.

HIc quoque ad Regnum in caſa natus;
Nec Faſces Fortunæ debuit, nec faſcias.
Hæc prima boni Principis laus, nihil Fortunæ debuiſſe.
Decrepitum Parentem, à ſolecce, ad Purpuram comitatus;
Et capillari Atlanti, integer Hercules ſuccedens;
Fatalem multorum Principum ſcopulum, illæſus tranſmiſit:
Impotentem, nimirùm, nouitiæ Felicitatis vſum.
Quemadmodum enim humorum mutationes corpora lædunt:
Ita ſubitaneæ, magnæ Fortunæ, vices, animos infeſtant.
Non minùs periculosè, a nimio frigore, ad ſummum calorem;

Vberior gloriæ ſeges, vix aliundè collecta.
Vt liberis ciuibus mitiùs imperaret;
Iugo ſuo boues priùs preſsit, quàm homines.
Nempè, *conſcia auitæ libertatis pectora,*
Flectas potiùs, quàm frangas.
Nihil minùs didicêre, quàm iugum pati.
Ergo tot annis aratro ſubacta tellus,
Tandem imperio Piaſti tota paruit.
Alterum induſtriæ eius negotium, Apes fuêre.
Ab his optimam Reipublicæ formam didicit.
Vt ab Apibus, ſic à Ciuibus,
Nec omnia accipienda, nec nihil.
Primum Tyranni; boni Regis, alterum eſt.
Patrij Candoris retinentiſsimus Piaſti animus,
Vt in apibus, ita nec in moribus, vllum paſſus eſt fucum.
Dulciſsimi liquoris gratia, in ipſos mores redundauit.
Vt abeſſent alia,
Hinc certè nobiles Ceræ Piaſto non defuerunt.
Nec puduit hoſpites Superos, Piaſti fauis,
Nectar, Ambroſiamque ſuam poſtpoſuiſſe.
Mellita Optimi Senis, morum & fauorum ſuauitas,
Dum Genethliacum filio epulum inſtruit;
Ipſos in terram deuocauit Cœlites.
Ab illo lautè tractati; ipſas auxêre lautitias.
Accreuit in Diuorum manibus hoſpitalis Ceres.
Fluxit è vaſe mulſa, velut è flumine.
Omne id, quod tantis hoſpitibus appoſitum eſt, redundauit.
Hoc eſt, beneficia Cœlo fenerari.

Ita re familiari accreſcente,
Ipſi quoque Patrifamilias grande incrementum acceſsit.
Deſperauerat iam Polonus, MELLEA SÆCVLA,
Nunquam ea reuocaturus,
Niſi Apum magiſtro ſceptra detuliſſet.
Poſt fædiſsimas vtriuſque Popieli Popinas,
FRVGI PRINCEPS quærendus erat inter fruges;
Vt olim Gedeon in Horreo.
Longis ambagibus agitati Ciues,
Dum in Kruſzwicienſibus Comitijs, diſcordes trahunt moras,
Non operam modò conſumpſerant, ſed & fruges.
Omnibus non minùs fame, quàm curâ confectis;
Æ liberali Piaſti penu, ciborum penuriæ ſubuentum eſt.
Et verò, omnibus ſuffragijs præualuit Ceres.
Creditus eſt eos regere poſſe; alere quos potuit.
Auxit boni Principis pretium, annonæ caritas.
In eius felicitatem, vicina conſpirarunt vocabula.
Tantum Famæ augmentum, peperit fames:
Fauorem omnium; conciliarunt Faui.
Adeò, iam olim, inter Principum ſuffragia,
Primas tenuit Panis.
Audet ſe liberalibus credere magna Fortuna.
Magnæ opes, largiendo fiunt maximæ:
Tenaces illiberalium manus; rarò Sceptra tenuerunt.
Iactet ſuos Roma Traianos: Piaſtus noſter,
Priùs Ciuibus ſuis Sportulas diſtribuit, quàm imperaſſet.
Antequam in Principem legeretur, facilè omnium Princeps,
Lautiſsimum ſuis Congiarium dedit.
In adeò ſecunda, prioris Fortunæ non immemor,

Nec in

Digitized by Google

Nec in Purpura Piaſtum ſe oblitus eſt.
Aliàs, *fragilis eſt felicium memoria.*
Arctior Fortunæ amplexus, reminiſcentiam lædit.
Hinc, *rarò felix, felicem eorum memoriam habet,*
Quæ ante felicitatem tractauit.
Quod ne Piaſto quoque, eò loci, eueniret:
Perennem prioris ſortis ſuæ memoriam habiturus;
Dum ad Solium rapitur, tiliaceos non exuit calceos:
Felici vtique præſagio;
Vt Regalem Purpuram, calcaret molliùs.
An &, vt ſui ſimilibus,
Ruſtica veſtigia, in ſolio relinqueret;
Ambitioſam Poſteritatem edocturus:
E caſa quoq; ad Solia & Coronas,
Lutulentis aliàs pedibus, peruium iter, eſſe.
Et præſtitit ille vtrumque feliciſsimè.
Innatum Regali Purpuræ tumorem,
In primo eius aditu, adeò inſueto pede, oppreſsit.
Ducalem Thronum, Centenario ſene, occupante,
Omnis ſcelerum, ſceleratorumque turba, Regno exceſsit.
Siue quod indignùm faſtu ſuo ducerent,
Sub Ruſtico Duce ſtipendia mereri:
Siue, quod verò ſimilius,
Quia ipſum auguſti ſenis aſpectum ferre non poterant.
Tandem viginti ſupra centum annos natus;
Ne ita quidem ſuis ſatis vixiſſe viſus, VIXIT.
Optimum experti Ciues; Æternum voluerunt.
Iuſtiſsima eorum deſideria, cùm in ſuis non poſſet,

In Posterorum annis impleuit.
Nimirùm Coronata Piasti Posteritas,
Ad Casimirum vsque Magnum propagata:
Non interruptâ serie Polona Sceptra tenuit.
Neque verò tot Sæculorum iniuriâ,
(Quod plerisque solenne est.)
Regium Piasti sanguinem elanguisse puta.
Tantus fuit, vt etiam tum, cùm desinendum fuerit,
In MAGNO desierit.
Aliàs, quot eorum Myriades numeramus,
Qui à Maximis exorti, in Minimos decreuerunt?
Vt enim supremis culminibus; ita & magnis Genesibus,
In punctum desinere, basilicum est.
Nihil citiùs, quàm magna Fortuna decoquitur.

PIASTO
PANEGYRIS LYRICA.
ODE XIII.

IMpunè posthac spernere rusticas
Vetabo cunas. Quid iuuat aureo,
Vagire porrectum, in cubili
Aût humili populare stratum
Implere fletu? non facient virum,
Quocunque grandes lumine fulserint
Panni: Paternarumque laudum
In proauis seges ampla Ceris.

Frustra

Digitized by Google

Fruſtra Paternis quiſq; ſuperbior
Tumebit actis. Feruor, & ardua
Iurata Virtuti voluntas,
Perpetuâ viret ipſa, Lauro.
Sic te, Polonæ Piaſte Parens ſpei,
Vulgaris, olim plebeios ſuper,
Lucina, proieciſſe pannos,
Ac tenues Pater ipſe fertur
Koſsiſco cunas. cùm popularia
Kruſswiciani limina compiti
Irrepis; & maturus olim
Aût Patrios comitaris hados:
Aût ruſticanum grandibus accinis
Carmen iuuencis. Carpite; carpite
Herbamque florenteſque campos,
Solliciti mea cura patris,
Dum vos minori ſolor arundine,
Blandiſque paſtum ſuadeo cantibus;
Rudique præludo flagello
Vomeribus, grauibuſque raſtris.
Hæc ter canebas: terq; tibi ſimul,
Sed fauſtiori ſine Serenior
Reſpondit Echo: proq; RASTRIS;
Auſa fuit geminaſſe, ROSTRIS.
Quin te & fauentûm vota ſodalium,
Cum ludibundo Regia calculo,
Et Sceptra diſpenſant, & arma, &
Straminea radios corona:
Poſtquam iocoſa lege puêritia,
Strauêre pictis roſtra tapetibus;

Regem

Regem ſalutauère, ficti, in
Puluereo proceres Senatu.
Quos cùm è propinqui pariètis oſtio,
Furtim tuetur; riſit, & illicet,
Paterq́, nec vouiſſe tantùm
Auſa parens, tibi rurſus agros,
Rurſusq́ tauros ſuggerit, & greges,
Et rurſus bados. Non eadem tamen
Fortuna, præſagiq́ Faſces,
Et Lechici capitale Regni
Vouebat aurum. quin prece diſſonâ
Damnaſſe fertur, tam trepidum ſpei
Patremq́, inaudacemq́ voti,
Sollicitum Diadema, Matrem.
Motiq́ tandem, currite Sæcula
Dixêre Faſces. protinus aurei
Risêre Menſes, & recuſis
In pretium emicuêre luſtris.
Tandemq́ læti fauſtior ominis,
Quas ruſticanis, Piaſte, ligonibus
Colonus implebas; eaſdem
Sarmatico potuiſſe dextras
Impleſſe Sceptro diceris. En tibi
Vitrò, Ducalis Mitra, ſenilibus
Aſſurgit in comis; tuamq́
Non humili rigat igne frontem.
Iamq́ hoſpitalis munere gratiæ,
Summus Poloni Nominis arbiter
Crearis; & ſortem ſtupentes,
Munificâ cohibes Coronâ

Frenaſq́

Digitized by Google

18
ZEMOVITVS.

Frenasq; canos. Iam tibi perfidæ
Cessêre fraudes: iam trepidi Metus,
Dolusq; bifrons, & scelesto
Otia dissimulata vultu.

Vtcunq; pauco melle beatior,
Villana gratis fercula Ciuibus
Et mella dispensas; Polonus
Te dominis Honor ambit vlnis.

Amara tandem Sæcula melleos
Sperate mensæ: dulciùs, illicet,
Condire vos Apum Magister
Sarmatico poterit sub auro.

ZEMOVITVS.

Hic quoque ad Regnum in casa natus;
Nec Fasces Fortunæ debuit, nec fascias.
Hæc prima boni Principis laus, nihil Fortunæ debuisse.
Decrepitum Parentem, à solecce, ad Purpuram comitatus;
Et capillari Atlanti, integer Hercules succedens;
Fatalem multorum Principum scopulum, illæsus transmisit:
Impotentem, nimirùm, nouitiæ Felicitatis vsum.
Quemadmodum enim humorum mutationes corpora lædunt:
Ita subitaneæ, magnæ Fortunæ, vices, animos infestant.
Non minùs periculosè, à nimio frigore, ad summum calorem;

Quàm à tenuitate, ad grandem Fortunam tranſitur.
Prius illud, multos corporum;
Hoc poſterius, innumeros animorum morbos parit.
At verò fecundam tot malorum Hydram,
Nouus planè Hercules, Zemouitus, feliciter aduſsit.
Regno, non tam natus, quàm factus;
Quod aliàs Fortunæ beneficium dici potuit;
Virtute & meritis licitatus eſt.
Nimirùm; *immutat beneficij nomen qui meruit.*
Præmium nos quidem illud appellamus;
Sed, omninò, Debitum benè merentibus eſt,
Nec defuit Zemouito mora, vt mereretur.
Viuo adhuc, ſed iam decrepito Parenti,
Integrum robur ſufficiens; aſſueuit imperio.
Viſus eſt Æſonis fabulam,
In veram commutaſſe hiſtoriam, Piaſtus.
Illius quoque ſenium, in viridem iuuentam recoctum.
Depontanam ætatem, virilis filij vigor, ſuppleuit.
Dici potuit alterum ſe, in filio genuiſſe.
Fato Regnoque defunctus; ita vtrumque Zemouito reliquit:
Vt, etiam tunc, regnaſſe videretur.
Vnicus Patri, quia ſingularis:
Quidquid in alios effundere potuit Piaſtus;
Solus ipſe in compendio dedit.
Regno potitus, quod iam tot meritis fecerat ſuum;
Magis illud etiam ſuum, amoribus fecit.
Amantiſſimo Martis Principi, primum opus incubuit,
Vt Polonum Martem in ordinem redigeret.

Exlex

Exlex hactenus in Polonia Numen,
Turbas potiùs agebat, quàm turmas.
Primus fuit Zemouitus,
Qui natiuum gẽtis ſuæ robur, militari obſeruantiâ, temperauit.
Adiuta eſt ferri acies, acie mentis.
Lecti Centurionibus Duces; latæ Legionibus Leges:
Inaudita hactenus militaris gloriæ encomia,
Manus animauêre, & animos.
Ferrea Bellonæ ſeges, in tot Manipulos diſtributa,
Non pœnitendam gloriæ meſſem protulit.
Nempè, *ineluctabilius hominum capita dimicant, quàm manus.*
Securior eſt victoriæ, cui pro galea, ratio.
Errat, quiſquis à belluis bellum dictum putat.
Qui ſuo illud nomini vindicare cupit, & bellum facere bellum;
Bellonam, Mercurio; Palladi, Martem adiungat.
Ad hunc modum, Re militari, certis limitibus circumſcripta,
Aucti ſunt Regni Limites.
Ordinato Exercitu, redacti in ordinem hoſtes.
Quidquid Popielorum ignauia amiſerat,
Inuicta Zemouiti fortitudo, repoſuit.
Armorum tolerantiâ ferreus;
Morum facilitate aureus Princeps,
Vtriuſque metalli pretium, auxit:
Immò proſpero ferri vſu, Sæculum verè Aureum fecit.
Mirum tamen, vnde tantus ferri amor, Aureo Principi.
Totam fermè vitam exegit in armis.
Nullus illi menſis, non fuit Martius.
Difficilè in eo & Militem diſcreuiſſes, & Ducem.

Ita vtrumque amplexus eſt; vt viua vtriuſque Idea videretur.
Præcipere promptior, quàm iubere:
Verum præcepti Etymon, ab ignauis Principibus, vindicauit.
Quidquid præcipiebat, primus ipſe præ alijs incepit.
Diceres, illum etiam, ſub ſe Duce, militaſſe.
Adeò, ſuis ipſe Legibus obſecutus eſt.
Digna, quippè, *Principum obſeruantiâ, quæ ſanxêre Principes.*
Debeat hunc Legibus ſuis honorem Princeps.
Exanimes Legum Tabulæ, factis animantur, non faſtis.
Viua Lex, obtemperans Legi ſuæ, Legiſlator.
Ita cuiuſlibet conſilij Auctor idem, & Actor:
Vtrique auctoritatem, à Perſona ſua adiecit.
Somnî diuturnioris, nec patiens, nec capax;
Illuſtrauit vigilijs ſuis noctes.
Excitatiſsimæ indoli, excubare pro alijs, quædam natura fuit.
Aliena frigora, ſuis accendens caloribus;
Inter medias niues, quâdam virtutis Antiperiſtaſi, exarſit.
Caluit eius algoribus Miles.
Principis ieiunia, militarem famem ſaginarunt.
Nec mirêre tantam bellici laboris patientiam.
Priori ſorti ſuæ illam Zemouitus debuit.
Ab aruis, ad arma delatus;
Agreſtique labore, campeſtribus meditationibus præludens;
Iam olim à puero induruerat.
Hoſtium capita, tam facilè gladio meſſuit,
Quàm olim Cererem falce.
Victis, eâdem dexteritate iugum impoſuit;
Quâ nuper, Agricola, ſubactis bobus.

Nec

Nec ſtiuæ, nec Aratri ignarus,
Triumphales ſulcos, toties, terræ hoſtili impreſsit;
Non tam è veteri Romanorum formula; quàm è ſua.
Felix erat tanto Principe Polonia,
Si magna bona eſſe potuiſſent diuturna.
Sed heu!
Illud tantùm mali optima habent, quod nunquam ſatient.
Infenſa mortalium felicitati immortalitas,
In vnius fato, tot fauſtitates ſuccidit.
Omnium victor Zemouitus; huic tandem ſuccubuit.
Breuis, nempè, *Magnatum vita.*
Seu vota attendas, ſeu fata;
Auaro, plerumq; tempore, boni Principes, circumſcripti,
Nunquam ſuis ſatis viuunt.

ZEMOVITO
PANEGYRIS LYRICA,
ODE XIV.

Quis ille verò ſe Patrijs mihi
Perſuadet armis? ſpicula Martij
Noſco Zemouiti, potentes
Noſco manus, vigiliq; pectus
Illuſtre ferro. noſco micantia
Inexplicato lumina fulgure,

Diuoq; coniurata Marti,
Tela nouis crepuiſſe telis,
Et ſcuta ſcutis; & manibus, manus,
Et pila, pilis, & malè pendulis,
Syluam pharetrarum, pharetris,
Et frameis, frameas rotari.
Hic ille ſacro Martis anhelitu
Fines Poloni diſtulit Imperi;
Fuſoſq; metatus cruore,
Sarmatica monumenta laudis,
Victore ferro, ſe popularibus
Exemit annis. Hunc patiens famis,
Quæ bella, bellorumq; longas
Pauperies comitatur iras,
Nec rurſus amplæ neſcia copiæ
Stipata gazis Munificentia,
Diuæq; Liberalitatis
Egregius ſequitur Senatus.
Hic, & niuoſi nubila Carpati
Suoq; canam frigore Parrhaſim,
Iraſq;, ventorumq; rixas,
Et gelidi rabiem Bootæ,
Hic ſæuientûm prælia nubium,
Afflatus ampli pectoris entheo,
Famæq; flammatus calore;
Hic rigidas calido procellas
Euicit auſu. ſcilicet hoc erat,
Cinctum fideli milite Principem,
Ferrumq;, bellaceſq; dextras
In proprios, animante facto,

Traxiſſe

Traxiſſe mores. Sic meliùs iubet,
Qui iuſſa Princeps ipſe facit ſua.
Nec illa dedignatur olim
Ipſe pati, quibus obſequentes,
Non otioſi militis impetus
Addixit Heros. Magna pericula
Vel ira, vel Regalis ardor,
Vel domino manus apta ferro,
Plerumque condit. *Sic tibi Martia*
Non pœnitendis haſit amoribus,
Dux Magne, pubes: ſic laboris
Impauidam, impauidus Iuuentam,
Quocunq; ducis victor, in hoſticas
Aſſurgit iras; ac melioribus
Confiſa parmis, corde aperto
Pannonicos hebetat mucrones.
Te teſte quiuis, vincere vel mori,
Inter pluentis flumina ſanguinis
Ardebat vltrò? nec pudebat
Quemq; tuâ cecidiſſe causâ.
Sic & rebelli frena Morauiæ,
Et peruicaci vincula Pruſſiæ
Imponis, & tuam trecentis
Sarmatiam, cumulas tributis.

gitized by Google

LESCO IV.

LEniorem Patre ſuo animam ſortitus,
Oleam Palmæ, immò & Lauro antepoſuit.
Nec tamen ideò Paternâ tantùm Fortunâ diues.
Honeſtus Hereditariæ Felicitatis vſus,
Alienum beneficium non eſt.
Cùm ei parandis occupari nec animus eſſet, nec otium:
Benè partis, optimè vſus;
Difficillimam gloriæ partem impleuit.
Si optata *quies præliorum fructus eſt*:
Paternæ non minus virtutis, quam ſortis Heres,
In pacis quoque poſſeſsionem venire debuit:
Quid? quòd *melior quandoq; eſt, certa Pax, quàm ſperata victoria.*
Ne tamen nihil omnino, in tanto otio, egiſſe videretur;
Rem difficillimam in Principum exempla retulit.
Otium, ſine vitijs, ſine virtutum languore, pacem.
Aliàs, *rara felicitas eſt, abſq; vitiorum confinio, Pax.*
Vt enim ſub Lauru Ambitio, & inſolens rerum vſus;
Ita ſub pacifica oleæ vmbra,
Torpor, & animi quidam Lethargus ſtabulatur.
Initia Principatus æmulorum odijs exaſperata nactus;
Regiâ liberalitate eorum conatus eluſit.
Placat, enim, *quandoq; inuidiam, benefica Potentia:*
Nec nimis moleſtè fert inæqualitatem Fortunæ ſuæ,
Qui ab aliena aliquid ſperat.
Ita Hoſtibus etiam, liberalitate,

Ciuibus

Digitized by Google

Ciuibus ſuis, ſummà lenitate commendatiſſimus;
Duo difficillima Principatui coniunxit:
Prodeſſe Reipublicæ, & placere.
Omnium amores inſigni virtute promeritus; docuit;
Ad Principum amores, fortius virtutem, quàm Fortunam impellere:
Nec vllos eſſe ſtabiliores ſubditorum affectus,
Quàm quos præclara Virtus ſolido ſuſtentat fundamento.
Cùm denique eædem quæ Parenti minùs fauerant,
Ipſi quoque vrgentius inſtarent Parcæ;
Cùm diu non poſſet;
Benè vixit, & obijt.

LESCONI IV.

PANEGYRIS LYRICA,

ODE XV.

ET te Lechei ſors bona climatis,
Inter Polonæ ſidera gloriæ
Adlegit: inſigneſq; Mitras,
Et ſolidam capiti Tiaram,
Virtus, Paterni conſcia Nominis,
Infudit vltrò; te placidis Quies,
O Leſco, circumfudit vlnis,
Et patrio melior nitore,
Et Candor, & Pax. Te capitis minor,
Quocunq; magnum vertere niteris

Sceptriq; Regalisq; nutus
Imperium, ſequitur fidelis
Procella vulgi non tibi Claſſicum,
Rauca increpatas murmure buccina
Pulſauit aures; non cruento
Ferrea diluuies Gradiuo
Demerſa multis ſpicula cædibus
Fœdauit vnquam. Sed benè mutui
Moreſq;, legeſq;, & ſecunda
Innocuo micat aura ferro.
Et verò quantis creuit adoreis,
Sub fœderati vere ſupercilI
Polona virtus? quanta vaſtas,
Continuò, Pietas. Saluſq;,
Inuaſit vrbes! Pax dubias manu
Extorquet haſtas. Pax nimium ſui
Frenat Furorem; & fœuientem
Impoſito genium capiſtro.
Illa & frementes, ingenuo, minas,
Compeſcit auſu: toruaq; cum ſuis
Et bella, & audaces tumultus,
Et tetricos abolet Furores.
Illa infidelis cortice Daphnidis
Tibi perennes, Sarmatiæ Parens,
Inſcripſit annos, & coruſco
Non moriturum adamante carmen.
Solus per omnem, non populariter,
Leſco decoræ Pacis amantior
Legêris Europam, quietis
Martis opes recreaſſe luſtris.

ZEMO-

Digitized by Google

Digitized by Google

ZEMOMISLVS.

Hvic quoque Oleam pro Lauro, necte, Viator.
Patri quam Auo ſimilior,
Pacis & ipſe ramo, ad quietem initiatus eſt.
Tot Zemouiti prælijs laſſata Fortuna;
Sub filio Nepoteque, tantiſper reſpiraſſe viſa eſt.
Togata nimirùm Sæcula vbiq; præceſſiſſe ſibi voluit
DEVS PACIS.
In Polonia iam iam regnaturus,
Ad tantæ reuerentia Maieſtatis, Orbem Sarmaticũ compoſuit.
Vt liberiorem aditum, ad florentiſſima Regna ſibi faceret;
Ferreas Iani ianuas, (vt olim ſub Auguſto) occluſit.
Rarò, quippe, *benè habuit bellicos inter tumultus*,
Quieta Religio.
Vnio hic, rarò cælo tumultuante concipitur.
Ætate iam decrepitâ, Parens primùm audijt;
Magnum omninò fetum, multo tempore moliente Naturâ.
Cæcus tamen, in tanta Natalium luce, filius natus:
Vt imaginem Paterni animi in prole agnoſceres;
Ac lucem vtrique precarêre.
An & affulgenti Gratiæ, Natura ſuffragata eſt?
Aliter naſci non debuit, niſi cæcus,
Qui futuræ Fidei Parens, in Polonia deſignabatur.
Nempe, *ipſo aurium miniſterio contenta Fides*,
Excludit oculos.
Illius nemo vnquam capacior fuit, quam qui minimè oculatus.

Et verò, fauit bonis, cæci Principis, auſpicijs, Fortuna,
Tum cùm inimicior crederetur.
Indictâ ritu Patrio Pompâ;
Ad imponendum Mieciſlao nomen, vndique concurſum eſt.
Quæ dum peragitur, palam omnibus;
Quaſi priuatim beneficium iſtud conferre Superi noluiſſent:
Dies infantilibus oculis redijt.
Diceres, vltrò pertinaces palpebras Principem aperire noluiſſe,
Quam diu ſine Nomine fuerat.
Vel ibi, primùm oculorum vſum recipere debuiſſe,
Vbi non indigna, ſe ſpectatore, pompa offerretur videnda.
Itum dein in vaticinia & omina,
Sine quibus nullæ vnquam cunæ fuêre.
Neſcio vnde Enthei Vates,
Vltra morem ſuum mentiri obliti, & fallere:
Erutum, ex ipſius Veritatis arcanis, oraculum, euulgarunt,
Illuſtrandam iri Poloniam, à Mieciſlao, aſſerentes,
Planè vaticinati ſunt.
Felicem proinde naſcituræ Fidei Antipatrem, Zemomiſlum,
Chriſtiana veneretur Polonia.
Næ ille Diuorum nomine inſigniri debeat:
Cui nunquam morituros Nepotes, Æternitas polljcetur.
Sed eheu! tanta Fortuna non ſine infortunij appendice.
Poſteris Cœlum & Solem reliquit;
Ipſe, ab errorum caligine, in æternam noctem tranſijt.
Quiſquis legis iſta, aduerte.
Salutare Fidei lumen, beneficium eſſe non Præmium.

ZEMO-

Digitized by Google

ZEMOMISLO
PANEGYRIS LYRICA.
ODE XVI.

FAma feraces (ſiſtite Sæcula)
Euoluo Faſtos. ſiſtite præpetes
Menſes & Anni; dum Polonos
Non humilis mihi charta Reges,
Tumente multis margine paginis,
Longi recenſet carminis ambitu:
Vitaq; doctiore viuos,
Aonij per aprica Pindi
Manes Auorum, limpidioribus
Inſpirat auris. Vt dociles mihi
Hinc inde diſceſsêre chartæ!
Vt tacitâ reſonus papyro,
Antiquiorum Nomina Principum,
Multiq; fetos puluerís, explicat
Aſtræa libros? vt vetuſtum
Rumor ebur, varioſq; pandit
Actus priorum! Iam mihi plurimos
Vetuſta Reges Carmina ſuggerunt;
Legiq; tardas, curioſis
Subijciunt oculis liturae.
Hic & ſceleſtis fumida Regibus,
Iuſtè dat atrum litera calculum;
Stylodq; damnatos ab ipſo,
In meritis tumulat tenebris.

Digitized by Google

Hic & Popielum, fama fidelibus
Diſtincta verbis, non benè proſpero
Damnauit atramento; & illas
Pallet adhuc, Liber ipſe, fraudes,

Queis Patruorum corpora liuidis
Immerſit vmbris. hîc malè callidos
Accuſat aſtus: hîc Tyrannos
Increpitat, nimiaſq; damnat

Papyrus iras. Non tamen omnibus
Pullata triſtem pagina Præficam
Agit; ſepultarumq; laudum
Perpetuis latitat ſub vmbris.

Non omnis atratæ ebria ſepiæ,
Mœſtis parentat litera Manibus:
Leguntur & gemmis, & auro
Scripta tuæ monumenta Famæ,

O quem decoræ laudis amœnior
Inter Poloni fœderis otia
Lucina ſuſcepit, pr mentem
Laurigeras, Zemomiſle, cunas.

Tibi quietâ luſit arundine,
Pax Patriarum præſes imaginum:
Illamq; iam tunc latiori
Diua Ceres comitata paſſu.

Illam modeſtis Iura ſecuribus,
Tandemq; pulſis, tutior, enſium
Salus, procellis, & vetuſta
Simplicitas, niueoq; ſtipat

Temone Candor. Quid memorem ſimul
Erecta denſis iugera frugibus;

Pulchraſq;

Pulchraſq; Virtutum choreas,
Et Latiæ Fidei futuros
Fulſiſſe cultus: dum Lechidum phalanx
Maiore ſenſim Lumina cœlitum
Hauſiſſe dono; & deſtituta
Futilium ſimulachra Diuûm,
Spreuiſſe tandem, ſub Duce, filio
Audebit olim. cùm Latias ſuper
Inuicta, Mieciſlaus, Aras
Arma, ſacris ſociabit armis.

AD VIRGINEM MATREM, PRO LECHIADE SVA, CARMEN VOTIVVM.

ODE XVII.

AT tu prime Liber, quem patiens premi
Gentili cumulat pagina Principe,
Pronas cùm Ducibus Virgineo pedi
Acclinabis adoreas.

Illi me,

Illi me, & calamos, & mea barbita,
Chartarumq; niues, & calami ducem
Desacrasse manum dicar, & ardua
Æternæ iuga gloriæ.
Illi nunc etiam quæ sequitur, nouâ
Assurget Lechias mole; & ouantia
Pleno metra sinu: & non malè dissona
Parui murmura pectinis.
O per quam trepidis gentibus imperant
Induti Tyrio murice Principes!
Quæ Regum Trabeam tingis, & aureas
Imponis Ducibus Mitras:
Vatem, Virgo, iuua. dumq; tibi mea
Crescit supplicibus pagina literis;
Nutantem calamum surrige: dans nouum
Lassis viribus entheum.

Partis Primæ Finis.

LECHIA-

MIECZISLAVS. I.
Ius CHRISTIANVS PRINCEPS

LECHIADOS

PARS SECVNDA.

MIECISLAVS I.

PRIMVS CHRISTIANVS PRINCEPS.

AD tenebras hunc Natura condemnauit;
Ad lumen Immortalitatis educauit Gratia.
Cæcum natum, ipſa manu ſuâ in lucem eduxit.
Poteras ex hac Principis nocte,
Æternam tibi diem polliceri, Polonia,
Niſi & tu cæca eſſes.
Si non temerè, Fortunæ oculos eruimus;
Fortunam ego tuam Mieciſlaum appellabo.
Ne tamen cæco ruens impetu,
In Chriſtianitatem temerè incidiſſe diceretur, aut impegiſſe;
Lumen poſtea oculoſque recepit.
Illis nunquam meliùs vſus eſt, quàm cùm vſus fuiſſet minimè.
Clauſis ſacrâ fide palpebris, maximè oculatus:
Natiuam cæcitatem, ſanctiori typo, totâ vitâ, proſecutus eſt.
Eius Imperij initia, ne quære,
Puerilibus illis tenebris ſimillima,

Suâ minora erant expectatione, & gloriâ.
Vaga, ignauo Adoleſcenti, Venus; vxorum turba; nulla proles:
Vt cæcum natum non dubites; cæco Cupidini haud imparem.
Tot inter Connubia ſterilis;
Non priùs ſterilitatem, quàm ſeptem coniuges, domo eiecit.
Maritali fidei, Diuinam præmittens;
DAMBROWKAM Boleſlai Regis filiam,
In Regni & thori ſociam accepit.
Neque hîc tædarum, Myrtique maritalis ſubeat memoria.
Alio ritu ſacra hæc Connubialia, celebrata.
Crematis Deorũ fanis, accenſaq; Fidei face, Hymenæo pręluxit.
Nuptiales victimæ, ſi vnquam alibi; hîc ſanè magnificæ.
Ipſi, nimirùm, Dij, vero Numini immolati:
Ipſæ Aræ, in Hoſtias actæ.
Ex illis concepto igne, Polonia expiata, ac illuſtrata,
In illuſtriorem & ſanctiorem euaſit.
Tot fanorum fumo, Gentilis ſuperſtitio obſcurata,
In fumos, ventoſque abijt.
Vt fumoſis Maiorum Imaginibus, abundet Mieciſlaus;
Exuſta idola, magnum earum numerum augebunt.
Vos interim Apellis nepotes, huc adeſte.
Quoties Fidei ſimulachrum exprimere vultis,
DAMBROWKAM nobis pingite.
Optima PATRIÆ noſtræ MATER;
Ipſam nobis peperit ſalutem nec dum Parens.
Sterilem Mieciſlaum, non filio magis,
Quam tot virtutibus fecundum fecit.
Nulla, dote maiori nupſit: nulla, opulentius elocata eſt.
Merito illa, quoad vixit, ſerto coronata inceſſit:
Quæ omnem in Polonia Superſtitionem debellauit.

Omni-

Omnibus nobis, ad patefactam à se Æternitatem præcurrens,
Æternitatis typum, capite prætulit.
Sanctissimas propagandæ Fidei cogitationes,
Decuit nunquam non esse coronatas.
Eius ductu, non sanior modò Mieciſlaus, sed & sanctior;
Aliena scelera in suas commutauit virtutes.
Succisis profanis idolorum lucis, multùm lucis suæ auxit.
Quot euertit truncos; tot sibi Trophæa erexit.
Indignùm erat illis Deorum nomen tribui,
Quibus, syluas dedicari oportuit, vt feris.
Omnia deniqúe, Deorum fana, toto regno cremari iussit;
Illâ tantum luce digna.
Meruerint laudem Iustitiæ, qui sacrilegos pyræ inijciunt:
Quantam meruit, qui ipsa cremauit Sacrilegia!
Sed parùm erat profana Deorum Fana euertisse;
Nisi sanctiora, vero Numini erexisset.
Tot Superûm gratijs cumulatus, grande cœlo certamen indixit.
Summis beneficijs vtrinque certatum.
Victorem Mieciſlaum crederes;
Cùm reductos in Regni sui Colonias Diuos,
Tot Basilicis, ad cœli inuidiam structis, exciperet.
Victum tamen, Decimus frugum Manipulus,
Et tot sacra tributa, Cœlo, Superisque concessa, declarârunt.
Macte animo, Mieciſlae! Cælo vectigalis es.
Æternitati Nominis tui probè consultum.
Vberrimam Gloriæ Messem, tributariæ tibi reponent Segetes.
Liberalissimus Princeps dicaris necesse est;
Qui ipsi Cœlo, adeò lautum Congiarium assignasti.
Potest illud nunc etiam dici, à te, Sportulam accipere.

Æternæ fami, famæque tuæ consulturus;
Ex ipsius Veritatis præscripto,
Non perituras fruges, in cœli horrea congregasti.
Quid ni hostibus tuis formidabilis fueris?
Quorum cuneis, tot Deo adscriptos Manipulos obiecisti.
Qui Cœlum expugnare poterant: cuius robur non reprimerent.
Non est igitur cur Auream Cererem, Midæ, inuideas.
Tuam, liberaliori censu, auro reddidisti pretiosiorem.
Quin &, feciſti Polonæ Libertati pretium.
Cœli Tributaria à te effecta; nulli vnquam Tributum pendit.
Quæstuosissima, nempe, *est pia in cœlites Liberalitas.*
Dum cœlo censum pendit, nunquam sine censu est.
Et quia, *nunquam humana Maiestas,*
Absq; reuerentiâ Diuinæ felix fuit:
In huius propagationem vnicè intentus Mieciſlaus;
Plurimis Basilicis magnificè erectis, ac liberaliter dotatis;
Principatu in duos Archiepiscopatus distributo,
Septem insuper Episcopatibus Religionis Maiestatem auxit.
Eodem imperante aureus, ferri militaris mos inualuerat:
Quoties sacer Euangeliorum codex voluebatur,
Gladium vnusquisque vibrabat:
Omnem eo perfidiam mactaturus.
Scirent iam tum Neophyti Sarmatæ, cui gladios suos ferrent.
FERREVS TOTIVS CHRISTIANITATIS MVRVS,
Iam abhinc poterant appellari.
Ne tamen tot meritis periturum diadema, emptum crederem?:
Postulatum in Romana arce non impetrat, Mieciſlaus.
Nimirùm, Cœlo deuotum caput, ab ipso debuit coronari cœlo.
Satiùs erat ad Æternitatis Coronam spes integras transferre.

Transtu-

Digitized by Google

Transtulit ergò; & Mortalitatis reus,
Anno à nata in terris Vita, XC. LXL. IX. diem obijt.
Par tamen aliquid Immortalitati est,
Sanctius quàm acceperis, Regnum reliquisse.

MIECISLAO I.

PANEGYRIS LYRICA.

ODE I.

DEcussa tandem prælia, mitius
Sensère ferrum, quæq; suum tegit
Vagina mucronem; & cruentæ
In pharetris latitant sagittæ.

Iam nec feroces exacuunt minas,
Egressa tristem classica buccinam;
Et Martis oblitus, feraces
Scindit agros gladius; solumq;

Infensus olim, sed modò, iustior,
Blandùm seuero vulnere sauciat:
Glebasq;, inæqualesq; sulcos,
Et sterilis secat arua terræ.

Sacriq; tandem supplicibus Foci,
Arsère flammis: hos pretiosius
Accendit argentum, vel aurum;
Hi famulâ vigiles, & vsq;

Luxêre cerâ. Sed quis idoneæ
Optata Pacis Sæcula, Lechicum

Adſciuit in cœlum! & quietas
Sub rigido docuit Trione
Plantare Lauros! ò Latij recens
Aurora cultûs! ò Fidei Pharos,
Primaſq́, quæ latè in Polonis
Explicuit ſua ſigna campis.
Tibi ſequeſtra Pacis adorea
Sublimè nutat: Tu chalybum minas,
Ferrumq́, & infauſtos Furores,
Paciferum recreas in aurum.
Index Paterni pectoris, & typus,
Vtroq́ caſſus lumine naſceris;
Frontiſq́, malarumq́ nocte
Sarmaticæ fidei futuræ
Præludis igni. Te ſibi protinus
Lenè elocuto Gratia fœdere
Deſponſat, intactæq́ Leges,
Et Latiæ pia iura Diuæ.
At tu modeſto, tunc etiam pius,
Vagitu, anhelum ducere ſpiritum
Iam tunc, & ignotum Tonantem,
Et tenero Superos precatu,
Largè refuſis, crederis, alloqui
Per ora guttis: quin rudibus, ſimul
Hinc inde, ſupplicaſſe palmis,
Et placidos gemitu diſerto
Vocaſſe Diuos. Mox vbi grandior
Obſcuræ quondam lumina, cœlico
Accendis aſtro: quantus olim
Indigetum propylæa Diuûm,

Nuper

Nuper receptâ conſpicuis fide
Metaris auſis? te ſibi condita
Ædes; ſacratiorq́ cenſus,
Et decimo *melius* Manîplo
Frugum tributum; te remeantibus,
Quocunq́ tandem ſidere veſceris,
Seclis renarrabunt, tuoſq́
Gneſna frequens, iterabit annos.
Te diua Virtus; te Crucis honor
Inductus Aris. te Superûm decus,
Et pulſa, iuſto, peierantûm
Exilio, ſimulacra Diuûm, in-
Tutùm reponent; te fidei comes
Geiſſa, nauum Pannonica vocat
Patrem ſalutis; nunc ſed ehêu!
Hæretica peritura in vmbra.
Sic concitatis degenerant rotis
Tumultuantûm examina temporum.
Externa ſectamur: Paternæ
Rarus agit pietatis Hæres.

Digitized by Google

BOLESLAVS CHROBRI, PRIMVS POLONORVM REX.

REgnum Lecho debes, Polonia;
Reges Boleslao.
Hactenus duci debueras, postmodum regenda es.
Cunas, Adolescentiamque tuam egressa;
Eò maturitatis assurrexisti;
Vt Ducatu non egeas, Regi non abnuas.
Bonarum enim *mentium est, cùm Ducatu non egeant, velle regi.*
Princeps igitur, & Regum Parens Boleslaus,
Tantâ strenuitate Ducem in Regem commutauit;
Vt meritò, primum fuisse dubitares,
Si ad priora eius Imperia te porrigas,
Re priùs Rex, quàm nomine;
Noui magnificentiam Tituli, apud se vel inuenit, vel fecit.
Nobilissimis Parentibus ortus,
Eorum gloriam illustriorem fecit, suâ:
Et acceptam à Maioribus Fortunam magnam,
Maximam Posteris reliquit.
Hoc, nimirùm, *est generosi animi ornamentum,*
Non indignum esse Maioribus:
Nec curare quàm illustres habueris Auos:
Sed quàm & ipse non obscurus sis Nepos.

Aliàs,

Digitized by Google

Digitized by Google

Aliàs, *Cænoſum ac turbidum riuum,*
Non commendat perſpicui Fontis limpidus latex.
Infamat improbos, Maiorum gloria:
Et *degeneri, ipſa Nobilitas ignominioſa eſt.*
Optimum quemq́, Nobiliſſimum puto.
Liberaliſſimus & bellicoſiſſimus Princeps,
Seu auro cum familiaribus,
Seu ferro cum hoſtibus certandum fuerat,
Nunquam non Victor:
Omnes ſibi Virtutes ſtipendiarias effecit.
Pietati imprimis & Religioni apprimè deditus;
Docuit, *haud fruſtra Reges ſacro ornari amictu:*
Nec vlla ſtabilienda Reipublicæ vtiliora commercia;
Illis, quæ cum Cœlitibus agitantur.
Hæc potiſſima Principum dos,
RELIGIO PROCVRATA, FIDES PROMOTA.
Vix eſt vllus Magni cognomento potitus,
Quem Religionis ſtudium non commendat.
Hâc eâdem viâ ad magnitudinem conniſus Boleſlaus,
Spontaneum è Patria ſua exulem, D. ADALBERTVM,
Gneſnenſis Archiepiſcopatûs Solio excepit;
Ipſiſque adeò, Metropolis ſuæ parietibus, amplexus eſt.
Dein cûm hic, à perfida gentilium Pruſſorum gente,
REMIS ad PORTVM ÆTERNITATIS impulſus,
BONÆ SPEI CAPVT, curſu proſpero ſuperaſſet:
Sacrum Cadauer Auro redemit; iniuriam ferro vltus eſt.
Alterum Æquitatis; alterũ Liberalitatis Regiæ monumentum.
Aurum, ſacrumque corpus, iudicio Libræ permiſſum;

Digitized by Google

Quàm pulchrâ leuitate, Diuinus Martyr,
Profanæ parricidarum auaritiæ, illuſerit, palam fecit.
Diceres, vtrumq; pondus, Centrum ſuum petiuiſſe;
Pro quo ADALBERTO Cœlum, Tellus auro debebatur.
Immò &, *Regia Liberalitas magnum ſemper pondus habet.*
Vt viliſſimus ſui æſtimator erat ADALBERTVS, dum viueret;
Poſt fata etiam, multo ſe redimi auro non eſt paſſus.
Scirent Neophyti Sarmatæ; tanta pignora donari, non emi.
Ottonis Tertij, cùm votorum reus,
Ad pretioſa adeò Lipſana, acceptam referret vitam,
Panno per ſeptem milliaria ſtrato, veſtigia honorauit.
Habebat iam tunc Polonia, cui Cæſares etiam ſupplicarent.
Et Diui, & Boleſlai humanitate, Otto recreatus,
Abſque Diademate tantas virtutes relinqui non eſt paſſus.
In quo nihil non Regale expertus eſt,
Coronam Boleſlao detulit; nuſquam digniori conferendam.
Tum, poſt Regale Sceptrum, nouo (ſi titulum ſpectes) Regi,
Vnum de ſalutiferis Dei Crucifixi, clauis,
Et militarem D. MAVRITII Haſtam obtulit.
Sanè, fauſtum Regalis imperij CLAVVM;
CLAVVS iſte, & ſtabiliuit, & fecit.
Bella Domini bellaturo, opportunè ſacra illa Lancea obtigit.
Ne SVB HASTAM fama Boleſlai aliquando eat:
Huic etiam HASTÆ debebitur.
Tot gratijs Boleſlaus coronatus;
Dum in ſingulis muneribus, ſingularia veneratur omina;
Suis & ille abeuntem Ottonem proſecutus eſt.
Nunquam non AVXILIAREM MANVM ei porrecturus,
Brachium D. ADALBERTI, grato Clienti obtulit.
Non vanum omen Romani Imperij fulciendi, ac retinendi,

Sacrum

Sacrum illud Brachium, Ottoni, fuit.
Vbi, nunc etiam Romæ illud asseruari audieris:
Quòd, vel post fata, Romanæ Ecclesiæ,
Stipulatâ manu, MILITET ADALBERTVS, aduertes:
Eumq; nobilem, pro Polonia FIDEIVSSOREM meritò dices,
Qui suam pro nobis, Romanæ Fidei, MANVM dedit.
Ita Otto in Patriam,
Boleslaus in Martium Campum digressus;
Regale diadema, militari galeæ induit.
Nuperos honores, nouis illustraturus victorijs:
Boleslao Tertio, Bohemiæ Duci,
Palmam priùs, mox & oculos eripuit.
Mente priùs, quàm oculis cæcus,
Nullisque in Solio rebus præclarè gestis clarus;
Non immeritò, ipsâ oculorum luce orbatus est.
Ne esset quo Poloniæ fascinum intentaret;
Aut saltem, ne quod Boleslao inuideret, videret; ita effectum.
Mox, Bohemiam, Saxoniam, Prussiam, Russiam,
Non tam passibus quàm victorijs peragrans,
Vbique fortitudinis suæ vestigia impressit.
Et Prussos quidem suæ credulitati frequenter illudentes,
Armis tandem, & Arcibus exarmauit:
Ac, quibus deficiendi temeritatem auferre non potuit,
Abstulit potestatem.
Nimirùm, *difficilè est datam, in aduersis, fidem,*
Inter prosperiores Fortunæ successus, conseruare.
Plerique tam diu fidei tenaces sunt, quàm diu fiunt miseri.
Cùm incremento Fortunæ, adolescit perfidia.

Nec mirêre, adeò conſtantem victoriarum vſum, in Boleſlao.
Delato à Superis enſe, ab vno Cœlitum, ſuccinctus;
Ab ipſomet VICTORIARVM AVSPICE DEO,
Quandam vincendi poteſtatem acceperat.
Non dubites Cœlo illum militaſſe,
Qui ab illo Gladium, immò & Manum accepit.
Eodem Gladio, nunc etiam Reges inaugurantur;
Vt, cuinam Regnum debeant, in primo Solij aditu, diſcant,
COELO, nimirùm, & BOLESLAO.
Vidiſti Magnum in Sago Boleſlaum;
Eundem in Toga Maximum intuere.
Tot inter felicitates ſui ſimillimus,
Ex Fortunarum neglectu, maximum illis pretium fecit.
Aliàs, *difficilè eſt à magna Fortuna non corrumpi.*
Maxima Felicitas eſt, felicitatis ſenſum neſcire:
Optimùm, humanis proſperitatibus, minùs ſemper, quàm poſſis, vti.
Ne Regnum ſuum ijs etiam armis careret,
Quibus Iuſtitia manum ſuam obarmauit;
Iuri dicundo, duodecim pro ſe Lycurgos ſuffecit:
Vt carenti tunc ſcriptis legibus Regno, viua ipſi Lex forent:
Ac duodecim Legum Tabulas, viuacibus ſupplerent inſtitutis.
Et ne tot Iudices, magis ſubditorum crumenis inhiarent,
Quàm cauſis:
Largum pro illis ſtipendium, Rex ipſemet, perſoluit.
Nihil, quippe, *ſuſpectum magis in Iudicibus, quàm Paupertas.*
Facilè eſt corrumpere, egentem Iudicem.
Quantùm, eo Æquitatis amore de omnibus ſuis meruerit,
Non erit æſtimare difficile:
Nihil, enim, *à Principe magis exigit populus, quam Iuſtitiam.*

Ius &

Ius & Æquitas, vincula ſunt Ciuitatum.

His remotis, quid ſunt Regna, niſi magna latrocinia?

Ne idem tunc in Polonia ageretur: cauit Boleſlaus.

Et quia, teſte Tacito,

Nullum magis boni Imperij inſtrumentum, quàm bonus Conſiliarius,

In illud imprimis incubuit,

Vt ſui ſimillimis, id eſt optimis, Regiam impleret.

Illius, quippe, *Regni ſumma felicitas eſt*,

In quo non poteſt eſſe potentior, niſi melior.

Abſque horum arbitrijs nihil facere ſolitus,

Et nunquam ſuo tantùm ingenio vſus;

Eximiam optimæ Politiei partem impleuit.

Præcipua boni Principis prudentia, alios prudentiores putare.

Turbida ſunt eorum conſilia, qui ſibi ſuadent.

Facilè ſinguli decipi poſſunt & decipere:

Nemo omnes, neminem omnes fefellerunt.

Omnia Regna, eò vſq; proſperum imperium habuêre:

Dum apud eos, Bona Conſilia, valuerunt.

Neq; ignominioſum puta, ab alienis conſilijs Maieſtatē pendere.

Non eſt pudor ſoli Phoſphorum ſequi:

Et bono Principi ire poſt famulum, præeuntem cum face;

Deſcribentem itinera, non præſcribentem.

Deniq́ue, poſtquam Regni ſui limites Albi Tyraq; definiuiſſet,

Par antiquo Herculi Æmulus Boleſlaus,

Oſſæ, Boryſtheni, Salæ, Columnas æreas impoſuit.

Neque tamen his, NON PLVS VLTRA, inſcriptum arbitreris.

Indices ſunt Poloni Nominis, non limites.

Nemo bonus, in Poſteritatem ſuam ita iniurius eſt;

Vt omnem ei laudem præreptam velit.
Poſnaniæ, finem vitæ, non gloriæ, inuenit.
Anno Regni ſui XXV.
Regis Regum, inter homines nati, M.XXV.

BOLESLAO CHROBRI
PANEGYRIS LYRICA.
ODE II.

VT ſe vetuſti gloria Temporis
Obliuioſis obruit amnibus!
Seneſcit antiquus dierum
Laudis honor; tacitasq; Fama
Impleuit vmbras ſæpiùs infimo
Æternitatem puluere condidit;
Ignauus horror; ſæpè in vna
Cum Domino tumulauit vrnâ.
Quis ille verò, ſic etiam integer,
Inter cadentûm iurgia Temporum,
Cæliq; & aſtrorum labores;
Impauido moderatur auſu,
Nunquam vetuſti Nominis, inclytam
Æternitatem? ſtat ſuper obuias,
Strages, & Heroum ruinas;
Eq; ſuo vegetus ſepulchro,

Semper

Semper recentes, & memores ſui,
Diſpenſat annos! O redeuntium
Fecunde luſtrorum! Polonæ,
Depoſitum, columenq; Famæ,

Benè ominatis addite Regibus,
Et per Polonos nunc etiam Chrobri
Audite Faſtos? ò Lechea,
Laudis honor; ſimilisq; plenus,

Aui & Parentis! Te ſuper aureas,
Clamata vaſtum, Fama per æthera;
Locauit Horarum quadrigas,
Seq; tui, capitis ſereno

Iactauit auro. Te Morauos ſuper,
Et ſubiugatæ rura Bohemiæ
Euexit; inuictusq; latè,
Caſubij domitor furoris

Audiris olim. Te ſibi Saxones,
Belloq; fractæ culta Podoliæ,
Magnum renarrabant, ab alto;
Præcipites quoties quadrigas

Sol flexit Oetâ. Te tremuli ſenes,
Tua excitandis laude nepotibus;
Tuoq; flammandis ab æſtu,
Belligeros ſuperaſſe Reges

Quondam ferebant. Nec fuerat pudor,
Plerasq; magnæ laudis adoreas;
Tranſiſſe; & oblitum fuiſſe,
Plura tuæ monumenta famæ.

Fecunda multas copia ſupprimit,
Celatque laudes: poſterioribus
Obſtant priores; nec videri,
Tota poteſt, ſine fraude, fama,
Quam mille claris occupat auſibus,
Adulta virtus. *Sic tibi fertiles,*
Inuicte Boleſlae, Lauri, &
Innumeræ viruêre Palmæ.

MIECISLAVS II.

FOrtuna Patris felicior, quàm ſuâ:
Quamuis *alter* Regum noſtrorum numeretur,
Secundus tamen dici haud poteſt.
Exordia optimè inchoati Principatûs,
Deterrimo infamauit progreſſu; miſerrimo fædauit exitu.
In Auum, Patremque iniurius:
Illius bellicoſum Martiumque Nomen;
Huius de conferendo ſibi Regno iudicium, infamauit.
Poterat à quopiam minùs felix dici Boleſlaus,
Qui cùm peſsimum genuiſſet;
Eundem Imperij Heredem ſcripſerit.
Sed, *ô quoties bonæ etiam indoles mentiuntur.*

Maior

MIECISLAVS II.

Digitized by Google

Maior priuato viſus, dum priuatus fuit:
Cenſebatur omnium iudicio, dignus imperio, niſi imperaſſet;
Aut non omninò indignus; ſi breuiùs regnaſſet.
At verò, *Tempus probat virtutes.*
Diuturnæ eſſe non poſſunt, quæ veræ non fuerunt.
Ita & noſtro huic, fucatæ virtutis laruam, Principatus detexit.
Homo tardus, & hebes:
Manibus in turpes amores laxatis,
Bohemiam, Morauiam, Saxoniam, Pomeraniam,
Ex ſuo planè amplexu, eripi ſibi paſſus eſt.
Regni fines, in tantam latitudinem, Marte Paterno promotos,
In pares animo anguſtias contraxit.
Poterat, nimirùm degener Filius, minoribus ſpatijs contineri.
Exceſſerat ſtaturam eius, tanta magnitudo.
Vt membra abſente animâ deſtituta, à toto corpore deficiant eſt neceſſe:
Ita & illa Regni Pars,
Cui implendæ, deſes Princeps, par non eſt.
Omnibus Furijs deuotus, vni in prædam ceſsit, nempe vxori.
De illo quoque non iniuriâ dixiſſes;
Neq; meliorem vnquam ſeruum, neq; deteriorem Dominum fuiſſe.
Ex vxoris formula, omnia moderari ſolitus:
Videri poterat, illi planè nupſiſſe.
Et verò, fuerat illa NOMINIS SVI MVLIER.
Innatâ ſexui illi, impotentiâ, totum commouens Regnum;
Fecit vt eſſet, quæ vocabatur, RIXA.
Miecislai, nec vllo modo VIRI, nec planè MARITI,
Regijs affectibus facilè faſcinatis;
Non in Regnum tantummodò, ſed in ipſum quoque Regem,

Digitized by Google

Grauiſsimum exercuit imperium:
Ipſo iam Rege maior, ideoque nequior.
Multi enim *potentiores Regibus ipſis fuerunt:*
Quos nimius fauor Regius, nimiùm potentes fecit.
Mieciſlaus verò poſt tot inſana conſilia, planè inſanus:
Furioſæ tranſactæ vitæ, ſimillimam Cataſtrophen adiecit.
Eius qui nequiter vixerit, qualis mors eſſet, niſi mala?
Miſera mors, peſſimæ vitæ lucrum eſt.
Optimùm in tota vita feciſſe viſus; effecit,
Ne Regnum deſideraretur:
Quod adeò malos, vel pateretur, vel faceret.
Ipſe Regni Heres, Caſimirus,
Non priùs Coronæ illius caput admouit:
Quàm Hereditatis nomine amiſſo,
Præmium virtutis diceretur.
Cùm in Furias actus, miſerrimè animam ageret;
Fuit nonnemo, qui longiorem ei imprecatus eſt vitam:
Nihil, quippe, *peius imprecari poſſumus malis*, præter vitam.
Obijt nono Regiminis ſui Anno,
Regis Seculorum in Tempore nati, M. XXXIV.

IN MIE-

IN MIECISLAVM II.

ODE III.

VT nil beato Rege beatius,
Sic nil ſceleſto deterius, dare
Poteſtis; ò infenſa noſtræ,
Fata, Mitræ, Lechicisq; rurſum
Addicta ſceptris. Cur ſua deſidem,
Ad arma dextram, Sarmatico Lechi
Impletis auro! quid Polonis,
Fœmineum caput in Tiaris,
Inter ſupinæ ſceptra libidinis,
Nullog; fetum, numine Spiritum,
Iuuabit vnquam? quid ſuprema
Profuerint radij coronæ?
Sceptrigq; fulgor? quid malè pendula,
Hinc, inde, laxo Purpura Syrmate;
Quid arma? quid præſtat ſuperbæ,
Ille frequens comitatus aulæ?
Quid laureatis vecta Curulibus,
Et ſubditorum pompa clientium
Stipata plauſu? vel frementes,
Magnificis Tituli Kalendis,
Regnigq; cenſus? quid famularium,
Denſata crebri robore militis,
Procella turmarum? & minaces,
Ponè latus, gladij, aut ſequentes

Herum caterua? quid timor enſium,
Nudusq́ ſtricti fulgor acinacis;
Peltæq́, ſeruorumq́ vaſtus,
Belligeris, populus, ſub armis.

Non arma Regem; non populi metus,
Non cincta ſacris roſtra ſecuribus,
Non iura, ſcriptarumq́ legum,
Innumeris tabulæ ſtatutis,

Non Mitra Regem, ſola ſed efficit,
Regina virtus: *illa decentibus,*
Pectus, Tiaratamq́ frontem,
Et fluidos ſine lege crines,

Coronat aſtris: illa fidelibus,
Accenſa gemmis tempora, Regio
Exornat auro, ac fauſtiores;
Et Trabeas facit, & Tiaras.

Hâc caſſus olim turpiter occidis,
Obliuioſo merſus in æquore,
Totamq́ Mieciſlae, quondam;
Immodico bibis ore Lethen.

Tibi ſupinæ torpor inertiæ;
Et caſſa iuſtis gloria laureis;
Metusq́, deſidesq́ curæ,
Et ſteriles ſine laude menſes,

Cinxêre ſceptrum. Te minor, occupat
Mauortiorum cura Quiritium:
Minorq́ bellorum, & decoræ
Laudis amor, modicusq́ iuſti

Cupido Martis. non tibi Patrius
Formidoloſâ fulminat in manu,

Mucroq́

Mucroq; Sceptrumq;: & Paterna
Panè tua pudet arma dextra.
Pudet ſiniſtrum; deſidis, ad latus,
Olim minacem, nunc nimiùm pigrum
Pendere mucronem; & ſepultas
Degeneri pharetra ſagittas.
Sic & rebellis frena Morauiæ,
Spretumq; ſceptri fulgur, & impias
Plebis Senatorumq; rixas;
Diſſimulas: Procerumq; iuſtos,
Æqui & Honeſti lentus & immemor,
Ignaue queſtus: donec amicior
Regno, frementibusq; ſceptris
Indomita Nemeſis bipenni,
Perfecta necdum ſtamina rumperet,
Vitaq; penſum; ſic tibi Tanarus,
Torusq; iurarunt ſorores,
Sic rigidi ſtetit urna Ditis.

Digitized by Google

CASIMIRVS I.

REligioſus planè Princeps.
E clauſtro ad Solium, è Cuculla ad Purpuram profecit.
Tutiſſimus, nempe, *trames eſt, ad ſublimia per decliue.*
Nemo vnquam tutiùs in publico apparuit;
Quàm qui maximè priuatus latere didicit.
E Paterna Maternaque Hereditate,
Cùm nihil, præter ſcelera, reliquiſſent;
Nihil, præter ſanguinem, accepit:
Hunc etiam refuſurus, niſi ab optimo fonte fluxiſſet.
Attremuit naſcenti concuſſa tellus, nouo miraculo commota;
Quòd peſsimi Parentes, optimum genuiſſent.
An non tam trepidaſſe, quàm tripudiaſſe eam dixerim?
Illum Principem natum, ſinu ſuo excipiens,
Sub cuius felici regimine, aliquando reſpiraret;
In noui teſtificationem gaudij, exilijt.
Nec vanum id fuit exultantis Elementi tripudium.
Etiam tunc Optimus Princeps Caſimirus,
Cùm vtriuſq; Parentis exemplo, vix potuit eſſe non peſſimus:
Virtutibus ſuis, ex raritate pretium fecit.
Portentum, enim, *eſt à Parentum vitijs non degeneraſſe.*
Poſt vnius Parentis è vita, alterius è Regno, exceſſum,
Alieno ſcelere innocentiſsimus Exul;
Vtrique imputare debuit,
Quòd à Polonis nonniſi abſens deſiderari potuerit.
Matrem tamen, non tam moribus, quàm pedibus comitatus eſt.
Felicior illa Mater, quàm Vxor:

Opti-

Digitized by Google

118.
CASIMIRVS I.

Digitized by Google

Optimum nobis filium dedit, ipsa pessima.
Nocuerat Casimiro, ab hac fuisse genitum;
Nisi vtrique sorti par, de vtraque triumphasset:
Par Fatis visus, cui tamdiu Fortuna colluctaretur nec vinceret.
Adulta Principum Virtus,
Etiam inter impedimenta propagatur, & crescit:
Immò *ab aduersis, (vt lux à tenebris) magis intenditur.*
Parisios è Regno profectus,
Quam Sceptro non potuerat; calamo manum impleuit:
Pro Corona Aureà, Laureâ Apollinari coronandus.
Quanquam nec alia ei Corona defuerat,
Quâ deuotum Deo caput, in Asceterio Cluniacensi,
Regno, Mundoque maior, redimiuit.
Tandem cûm sui imperium, adeò feliciter inuasisset;
In Polonis sui desiderium excitauit.
Dignus iam iudicatus, qui vt regnaret rogaretur.
Sed non debuit tantum pignus, sine magnâ obtineri impensâ.
Coacti rogare, cui Regnum abrogârant Ciues:
Sceptrum vltrò offerre, iniuriam deprecari,
Fidem & obsequium omne polliceri.
Nimirùm, *facilius magna bona amittuntur, quàm redimuntur.*
Par iam fuerat Sceptro contemnendo, Casimirus.
Satis ratus, eo, quo exclusus fuerat Regno, dignum iam videri;
Meruisse contentus, habere contempserat.
Meriti dignitas supra ipsa præmia attollitur.
Et, si benè suffragium ponimus,
Maior est gloria dignitatis, quàm felicitatis.
Adeoque, *maius est felicitate dignum esse, quàm felicem fuisse.*
Ergò calcatis omnibus, se ipso altior;

Sui.

Digitized by Google

Sui Regnum, Regno nobili° reputans: oblatos Faſces repudiat,
Supplicatum proindę Romano Pontifici,
Ab eoque ſacris vinculis abſolutus;
Libero Regno, liber reſtituitur Caſimirus, Rex Diaconus;
Ac ſeptennali Interregno,
Ipſiſque Regni calamitatibus, finem facit.
Ita feliciſſimus, in vtraque Fortuna Princeps,
Poſt varia experimenta Fortunæ,
Minùs quidem aliquando fauentis, ſed nunquam iratæ,
Quod Parentum iniuriâ amiſerat, ſuâ virtute obtinuit.
Caue, ne ſeuerioribus in eum Fatis, indigneris.
Non ſtatim ſuâ ſe facie pandit Fortuna.
Sæpè diu alieno vultu latet;
Etiam tum, cùm creditur inimica, amiciſſima.
Fallitur, quiſquis eam è prima fronte æſtimat.
A tergo etiam circumſpicienda eſt.
Incognitæ plerumq; ſunt, magnæ Felicitatis viæ.
His, Caſimirus, ad Paternum Solium ductus;
Non Ariadnes, ſed virtutis filo,
Adeò perplexum, euaſit Labyrinthum.
Quæris, quis tum rerum ſtatus in Polonia fuerat?
Non tam ſtatus, quàm ruina fuit.
Cùm omnia in Regno, turbulentiſsima inuenit Caſimirus,
(Quale enim aliud, à Septennali Interregno, Regnũ expectares!)
Ægerrimam Rempublicam, lentâ manu curare aggreſſus eſt.
Quo id factum putas, ſucceſſu? feliciſsimo.
Ipſis hîc quandoque remediis peccatur.
Et nonnunquam plus periculi eſt, à medico, quàm à morbo.
Sæpè, qui ægram Rempublicam tantiſper, pati non poſſunt,

Faciunt

Digitized by Google

Faciunt nullam.

Cùm mora, vitijs mederi, optima; quia tutiſſima, curatio eſt.
Impatiens Medicus, Morbo ipſo peior creditur.
Et quia maximum eſt ad viri felicitatem momentum, vxor proba:
Hanc in vicina, Roſsiæ Ducum, Domo inuenit Caſimirus.
Optimum ei in connubio, ex Conſortis nomine omen.
Religioſiſſimus Princeps,
MARIAM ſibi dotali fœdere copulauit.
Hæc, ne ominis veritatem, in dubium voces,
ANNA Matre genita:
Illius memoriam Marito inſtillabat;
Quam ſanctiori vitæ dedit⁹, iam olim ſibi delegerat in Sponſam.
Verùm Dobrogneuam poſtea Mariam hanc dici placuit:
Ne Sanctiſsimum Deiparæ Nomen,
In tanta etiam Maieſtate, vileſceret.
An? vt Regina, Socrùs ſuæ prauos furores corrigeret:
Ac pro *malè iraſcente* RIXA,
DOBROGNEVA, id eſt, *benè iraſcens* diceretur.
Ad eum modum amoribus ſuis circumſcriptis Caſimirus,
Ciuium ſuorum domeſtica diſsidia adeò feliciter compoſuit;
Vt RIXA matre genitum dubitares.
Hoſtes tam facilè, quàm ſe, olim, ſibi, ſubiugauit.
Neque id arduum fuit illi Principi,
Qui æquè militares ac *Religioſas virtutes coluit.*
Aliàs, *rara eſt iſtarum concordia.*
Mars, irreligioſum, planè, Numen,
Rarò Pietatem ſub ſignis ſuis numerat.
Sed quia hanc ſemper in Caſtris ſuis Caſimirus recenſuit;
Toties victor, quoties pugnator:

zed by Google

Dici potuit ipſammet victoriam, inter ſtipendiarios numeraſſe.
Maſlaum Mazouiorum Ducem,
Cum ingenti Pruſſorum, Iazuingarumque exercitu,
Ita fudit; vt ipſe fortitudini ſuæ ſuccumberet:
Abſurdam Principis cogitationem arbitratus,
Maiorem ſuæ, quàm ſuorum, ſalutis curam habere.
In acie igitur ad ſupremam virium defectionem dimicans:
Ne omninò, tam palmari victoriæ, immoreretur,
Militis vnius virtute ſtetit.
Qui, ſemianimem Caſimirum, in Caſtra deferens;
Ingens gloriæ & fortunæ ſuæ pondus tulit.
Victoriæ huic, Maſlaus, ex alta trabe pendulus,
Triumphalem addidit Appendicem:
Et cum victoris vincula fugit; ipſe ſe, in laqueum induit.
Ad ſumma quæque, per ſummum nefas, conniſus;
Ita ſupra reliquos debuit eminere.
Diceres, ne victorem Caſimirum appellaret,
Vocem ſibi ipſi vltrò præcluſiſſe.
Aut, quod communior fert opinio:
Pruſſos ſuorum, quos Maſlaus duxerat, cæde motos,
Impotentem, ſuperbiſsimi Ducis, ſpiritum,
Quod adeò turpiter inſaniſſet, reſte alligaſſe.
Id eſt, auaram Regnandi gulam, funeſto fine & fune, præfocaſſe.
Impotenti Maſlai Spiritu,
Ac immaturâ regnandi ambitione præfocata;
Tota Pruſsia, Caſimiri arbitrio vltrò ſe permiſit.
Sed & Caſimirus, partâ manu pace recreatus,
Æternitati, ſui copiam fecit, Anno Domini, M. LVIII.
Regis huius pretium, vt omnia alia deſint,
Vel exinde, antequam hinc abeas, collige.
Nunc etiam, Annuo Cenſu, à nobis redimitur.

CASIMI-

Digitized by Google

CASIMIRO I.

PANEGYRIS LYRICA.

ODE IV.

QVe te ſceleſto diſſimilem Patri
Inter Polonas Gratia faſcias
Nutriuit? inuictoq; magnum
Pectus Auo, Proauisq; mentem
Incoxit auſis. Rarior aſpici
Eſt viſa proles, quæ vitijs graui
Deſciſſet à Patre, & profanos
In meliùs reuocaret ortus.
Nunquam Leones parturijt lepus,
Aut dama lyncas. *Quin citiùs nouos,*
Remoſq;, Romuloſq; rurſum
In Latijs Lupa paſcet aruis;
Quàm molliori patri, animoſior
Succreſcat Heres. Te tamen integer,
Morumq;, Virtutumq; candor,
Et ſocio, Caſimire, Iuſtum
Impleuit Æquo Tu venientibus,
Quos ſera gignent tempora, Sarmatis,
Illuſtre portentum & decora
Ingenui ſoboles Honeſti
Dicêris olim. Te licet impio
Ignaua Mater lacte, & inermibus
Nutriuit infantem medullis,
Atq; ſuo puerile pectus

Fœdauit æſtro: Te tamen ilicet,
Intaminatâ Relligio manu,
Non erubeſcendis recudit
Artibus, innocuaq; rurſus,
Mentem & Virilis robora pectoris
Firmauit irâ. Te Latij Pater,
Iam caſtra virtutis ſecutum,
Caſtra tuis, Benedicte, quondam
Firmata clauſtris, Sarmatico parem
Indulſit auro. Te celer Iſtula
Adhucq; demeſſi relictum,
In medio capitis, manîplum
Geſtans Polonus; *te memorem ſibi*
Latè reductis pingit in ædibus;
Tuoq; condemnatum, aduſq;
Nunc etiam, caput, eſſe Voto
Non erubeſcit. Te Tynecenſia,
Nunquam obſoleto clauſtra ſilentio
Dixiſſe, Vicinaſq; gaudent
Munificum docuiſſe ripas.
O! ſi Polonos nunc etiam leui
De nube ſpectas; diſcute nubilas
Regniq; Ciuiumq; rixas,
Et niueos Lechiæ, Lechiſq;
Precare mores. Sic tibi Regios
Stellata cæli ſemita lactei,
Deſacret axes: Sic Polonus
Indomito fremat ære Mauors.

Digitized by Google

gitized by Google

154.
BOLESLAVS AVDAX.

BOLESLAVS AVDAX.

JNterrogare tamen Audaciam ſuam debuerat,
Cœlo ne oppugnando par eſſet?
Inter victores mitiſſimus, inter Tyrannos acerrimus:
Quidquid, aut magnus Dux habere potuit;
Aut magnus Tyrannus: habuit.
Feliciſsimus, cætera, & bellicoſiſsimus Princeps;
Imperio longè latèque propagato;
Eundem furorem, quo in hoſtes detonuerat, in Ciues amolitus:
Triumphalem Laurum, Ciuili ſanguine cruentauit.
Hoc erat, perniciem illis attuliſſe,
Pro quorum incolumitate bellatum erat.
Vt Medicum multa funera:
Ita Principem multa ſupplicia infamant.
O quàm *melius triumphat, ſui victrix Maieſtas!*
Illa maximè Corona victorem Regem decet;
Quam à ſeruatis Ciuibus, Ciuicam appellamus.
Nunquam alioqui victus; niſi furori ſuo ſuccubuiſſet:
Bohemicus, Sileſicus, Vngaricus, Ruſſicus, non ſemel;
Sui; ne ſemel quidem victor;
De alijs ſæpiùs, de ſeipſo triumphauit nunquam.
Tot victorijs, non tam creuit, quàm intumuit.
Quandoq; enim hoc, quod nos Magnitudinem dicimus, tumor eſt.
Et illud neſcio, an victorem decuerit:
A capulo manus ad mollia tranſtuliſſe;

Digitized by Google

A Marte ad Veneris caſtra tranſijſſe.
Qui tot viros vicerat, à mulieribus victus eſt.
Furiæ te omnes Vulcane!
Rogo tuo, nunquam, torreri dignior eras,
Quàm cùm Gradiuo, Cypridem concatenaſti.
Catenæ illius nexus, necdum hodie, reſolutus.
Quæ olim fabula fuit; ô quoties iam vera Hiſtoria eſt!
Sed piget, pudetque fari, nefanda.
Hîc Boleſlaus, quod dicebatur effectus eſt.
Nomen eius, *famæ dolorem* Polonis ſonans; hîc planè impletum.
Poſt tot Arcium, Vrbiumque, immô & Regnorum incendia;
Fataliùs ipſe arſit.
Seuerus alijs iudex, iniquus ſibi.
Niſi quis æquum etiam appellârit:
Quod ſua ſcelera, cùm in ſe debuiſſet;
Adeò ſeuerè caſtigârit in alijs.
Scilicet, indignum ſe iudicauit, quem ſui Ciues imitarentur.
An & illud tum in eo patuit,
Illos plerumq; grauiùs iraſci vitijs alienis;
Qui impenſiùs amant ſua.
Æaco, Rhadamantoque crudior, non æquior,
Ad Tribunal ſuum, Manes etiam euocauit:
Perorante pro Antiſtite ſuo, rediuiuo Piotrouino.
Ne bonâ causâ, Sanctiſſimus Præſul, caderet;
Eam è tumulo reſurgens Atlas erexit.
Si vnquam aliàs, ſanè tunc, ad literam,
Aulicis fraudibus odijſq; inſepulta,

VERI-

Digitized by Google

VERITAS DE TERRA ORTA EST.
Sed faciliùs fuit, quadrienne cadauer ad vitam;
Quam Boleſlaum, ad ſanam mentem, reducere.
Adeò *ipſis mortuis profundiùs infoſſa;*
Surdis Manibus, ſurdior eſt impietas.
Ob ſcelera ſua, è Sanctorum tribu, à D. Staniſlao, motus;
Vltra Audaciam, (quam nomine præferebat) facinus adoritur.
Non niſi Præſuleo ſanguine, Regalem iram reſtinguendam ratus
Armatam militum manum, litanti Staniſlao immittit.
Redeunt illi ipsâ ruinâ, à Præſulis iugulo repulſi:
Et terrore magis, quàm furore cæci.
Dubites tamen,
Cæciorné Dux oculatus fuiſſet, quàm milites exoculati?
Furit, indignatur, irruit, verè AVDAX BOLESLAVS:
Et pro Aris, ad Aras ſtantem Præſulem;
Quaſi non occidere vellet, ſed immolare; ad ARAM cædit.
Et tu quidem Diuiniſſime Martyr STANISLAE,
Sacrificij tui non Actor melior, quàm Idea;
Dum pro Aris cadens, tuum, Diuino, immiſces cruorem,
Planè Chriſti conſanguineus, oſtendiſti:
Imperatorem ſtantem oportere mori.
Ipſo Regio vulnere coronatus,
Diuiſo vertice, duplici Laureæ locum, nactus es.
Enata, ſanè eſt, ex capitis tui vulnere, noua Minerua;
Quæ, Audacis exemplo, Principes doceat,
Impotentem Regum furorem,
(Quoties vltra fas & æquum ſæuit,)
Suo citius capiti Coronam excutere, quàm alieno.

Ita,

Ita, Aris adhærens; vt non niſi mortuus ab eis auelli poſſes;
Exili ædiculâ, ingentes non capiente furores;
In campos ſpirans cadauer extraheris:
Cœlo teſte, pro cœlo occubiturus.
Ingentem animam, tot in vulneribus rimati hoſtes;
Dum in plurimas partes integerrimum corpus diuidunt;
Ne ſic quidem integritatem tuam minuerunt.
Tam diu ſectus, dum aliquis vulneri locus, eſſet;
Per arua ſpargeris, in vberem gloriæ Meſſem ſurrecturus.
In Campis natus, ac denatus;
Verus Sarmaticæ Nobilitatis FLOS, & Sanctitatis.
Et verò, nunquam agri illi, nobiliori ſemente conſiti ſunt.
Poterat tacitus quiſpiam ita vouere.
Adoleſcite felicia Germina.
Ex adeò ſanctâ ſemente, Sancti nobis pullulent Præſules.
PLVRES, VTINAM! NASCANTVR STANISLAI!
Sed qui totâ vitâ integritatem, integerrimè coluiſti;
Nec poſt fata, diuiſo in corpore, eam paſſus es violari.
Membris, ad integerrimum corpus, coaleſcentibus;
Planè dicere Paulinum illud non poteras,
Sentio aliam legem in membris meis,
Quæ tantâ concordiâ in vnum corpus concreuêre.
Vnius manûs, vnico abſente digito,
Accenſa in aquis Lux, raptorem piſcem detexit;
Et ſacrilegij veluti reum, lapſa è cœlo flamma, indicauit.
Nimirùm integrâ manu Poloniam tuam fulturus;
Ne vnico quidem digito carere voluiſti.
Sed nec aliæ defuêre Cœlo faces,
Quæ inter excubitrices Aquilas, funus, tuum illuſtrarunt.

Niſi

Niſi triumphales ignes hoſce dici malis;
Quos tibi cœleſte Capitolium ingredienti,
Gratulabundi Cœlites accenderunt.
Adeò præclaram mortem, quidni cœlum ipſum illuſtraret?
Clariſſimis natalibus ortus,
Nec vitæ finem obſcurum habere debuiſti.
In tanta ergò Luce, cæcus alioqui, Boleſlaus,
Virum ſe *Nominis* ſui agnouit.
Felix erat, ſi vnà cum Regno, quod, vltrò, deſeruit,
Se quoque deſerere potuiſſet.
Sed, *difficilè eſt malæ Conſcientiæ tormentum effugere.*
Mens ſceleris ſui conſcia, ingeniosè excogitat pericula;
Et *timet, vndecunq; puniri potuit, aut meruit.*
Vt *omnia ſint pacatiſſima, & tutiſſima;*
Docet timores, mala Conſcientia.
Quâ nullus vnquam tortor, crudelior fuit.
Hâc accuſatrice inquies Boleſlaus,
Cùm ſua fata per præruptos Pannoniæ montes inſequitur,
(Ipſa nempe mors Tyrannum fugiebat)
Meruit, vt quod fatum, pij Patris,
Impiam ſobolem, obruerit, neſciamus.
Si verax fama; rem miraculo maiorem præſtitit.
Cùm peſſimè vixiſſet:
Optimè (in quodam Carinthiæ monaſterio) mortuum ferunt.
Sanè maius hoc omni miraculo portentum.
Monſtrum enim *eſt, diſſimilem vitæ ſtudijs, mortem, alicui contingere.*
An non hîc iure merito, cùm Stoico exclamem!

Hoc eſt Boleslai crimen Æternum,
Quod nulla virtus, nulla bellorum felicitas redimet.
Nam quoties quis dixerit, occidit multa Ruſſorum millia, &c.
&c. &c. &c. &c. &c.
Opponetur: & Stanislaum occidit.
Omnia licet Ducum, Regumq; exempla tranſierit;
Nihil tam Magnum erit, quàm cædes Stanislai.
Adeò, verum illud Tullij Paradoxum,
Vita noſtra Carmen eſt:
Cui, ſi vel ſyllaba deeſt, exſibilaris.

IN BOLESLAVM AVDACEM ODE V.

AVdax, ſed olim: mox etiam fugax:
Emptum trecentis panè periculis,
Tantisq; vix quondam redemptum
Funeribus, populiq; multo
Et Martiorum ſanguine Ciuium,
Hèu! quàm ſceleſti pectoris impotens,
Turpiq; flammatus calore,
Et ſtygio Furiarum & Orcï
Succenſus aſtro; quàm malè, prò dolor!
In ſanctioris vulnere Verticis
Immerſit; audaciq; Nomen
Rex Lechiæ, tumulauit irâ.

Hàc

Hàc in cicatrice, aurea Lechicæ,
Merſere ſe ſe Sceptra potentiæ;
Hîc turpe, prò dolor; Polonæ
Naufragium ſubijt Coronæ,
Regumq; nomen. Quid malè, Regiæ
Sub imperantis lumine purpuræ
Non auſit iræ? & parcioris
Impatiens, nimijq; largæ,
Vindictæ freni. Nempè magis ferit
Regalis ictus. ſæuaq; Regio
Et pondus, à ſceptro, & valorem
Dextra trahit; grauiûsq; Regum
Sentitur enſis. *pròh! ſuperûm æmuli,*
Inominatis parcite cædibus
Reges; ferociumq; tandem
Indomitas gladiorum, & irarum,
Arcete rixas. nam propè Regium
Perenniori ſe ſcelus induit
Æternitate; & inter omnes
A populo recitatur annos.
Conſpectiori lumine proditur,
Affine magnis crimen Honoribus.
Vetatque peccantem latere
Ipſe Thronus; ſolijq; ſplendor.
Sic & decoras laudis adoreas,
Tantisq; nuper cædibus illitam
Laurum, Beleſlae, & recentem
Cbijouij ſonitum triumphi,
Totamq; noſtræ penè Poloniæ
Famam, futuris Regibus vnico

Succidis ictu. sic recentes
Cæde nouâ iugulas Honores.
Nam quid rebellis classica Prussiæ!
Quid subiugatæ bella Podoliæ!
Regumq; cædes? quid retincti
Pannonico gladij cruore?
Contra scelestum robur, & impios
Possint furores? non ego strenuum
Vocabo Victorem, trecentos
Qui domuit, domitosq; rursus
Frenauit hostes: nec tamen interim.
Ferocientis tela Cupidinis
Suumq; frenauit furorem:
Sed dominæ, prope seruus iræ
Obedit vltrò. Latiùs imperat,
Non plura, sed qui se domuit suis
Inuictus armis; gnauus idem
Certa suæ, dare jura menti.
O! qui occupato iam propior Deo,
Ab hospitali sidere, Lechicos
Reges, Stanislae, & clientem
E vigilis statione cæli,
Spectas Polonum; da Pater, à tuo,
Olim rigatas, sanguine, pulchriùs
Iernare terras: da quietos
Principibus populoq; mores.

Digitized by Google

Digitized by Google

VLADISLAVS HERMANNVS.

SVmmis Regibus, ſolo nomine Regio minor.
Heredem ſe ac Principem appellare maluit.
Modeſtiori ſaltem titulo,
Minuenda erat Fortunæ inuidia, vel abolenda.
In primo deſerti à Fratre Regni aditu,
Ne quâ ſui parte ab exilio Boleſlaus abeſſet;
Sancita ab eo edicta, proſcripſit.
In ea, nimirùm, tempora inciderat,
Quibus Euerſor Legum, meliùs audiret, quàm Seruator.
Ab ipſa Natura ad quietem compoſitus,
Et Humanitatis ac Religionis amantior, quàm gloriæ;
Rebellium ingeniorũ peruicaciâ, toties ad arma compulſus eſt.
Pruſsiæ, Pomeraniæque, quia vetus, iugum excuſſerant,
Vltricia, ſimulque victricia arma intulit.
Mox decuſſis, eorum capitibus, qui ſe iugo exemerant;
Vtriuſque populi nomina, ſibi, Regnoque ſubiecit.
Vt tamen clarius virtutis ſuæ documentum præberet;
Suum illi ſanguinem Fortuna obiecit.
Diſceret,
Malè natam ſobolem, rarò Parentibus ſuis æquam eſſe.
Zbigneus, extra legitimum thorum, ſuſceptus,
Et planè ſpurius Vladiſlai Filius,
Quaſi ægrè ferret natales eiuſmodi,
Paternæ Pietati, bellum indicit.

Parùm abfuit, quin æquiſſimus Heros,
Eum, quem degeneri ſanguinem dederat, armis repeteret.
Sed ad Paternos pedes abiectus Zbigneus,
Vltrò ruinam præuenire maluit, quàm à ferro cogeretur.
Abundè ſibi Hermannus ita ſatisfactum putabat;
Qui necdum ſe Patrem oblitus,
Maluit filij lacrymas ſpectare, quàm ſanguinem.
Et verò, *profundiùs cadit, ſponte inclinata proteruia.*
Facilè de eo, cui parcimus triumphamus.
Quia ergo manuũ ſuarum fiduciam, ad pedes Paternos abiecit;
Quam armato negauerat, inermi, Regni partem conceſſit,
Ita, *faciliùs à Principe beneficium precibus extorqueas, quàm armis.*
Neque tamen Hermanni elogia, cenſoriâ virgulâ caruêre.
Optimus, & numeris omnibus abſolutus Princeps creditus,
Niſi plus æquo bonus fieri voluiſſet.
Dum impotentis Secechi nutibus nimiùm ſe permittit;
Plus ei tribuiſſe viſus eſt:
Quàm aut Miniſtri auctoritas exigeret;
Aut Principis Maieſtas pateretur.
Si rectæ Politiei iura conſulimus,
Iis limitibus Principum ac Miniſtrorum fortuna circumſcribenda eſt:
Ne aut illi ſe obliuiſcantur Dominos;
Aut iſti, ſe aliquando non meminerint eſſ. ſeruos.
Sed *rarior Theodoſius, ſuo caruit Seiano.*
Neſcias tamen, cui næuus hic adſcribendus.
Vladiſlaoné? quòd affectus ſuos cautiùs moderari noluerit:
An Sececho? quòd illis modeſtiùs vti neſcierit.
Hinc non iniuſta forſitan in Principem offenſa;
Et iuſtiſſimum in Secechum odium:

Ac vlti-

Digitized by Google

Ac vltima denique impotentis Palatini pernicies.
Qui enim *Principum fauoribus vti nescit,*
Diu illis frui nequaquam potest.
Iam olim *nimij Regum amores,*
Omnium odijs vapulant.
Tandem, compositis vndequaque rebus,
Ossa quoque sua Regibus apposuit Hermannus,
Anno Christi, M. C. II. Annis XX. rerum potitus.

VLADISLAO HERMANNO PANEGYRIS LYRICA.

ODE VI.

TV verò quanquam, iam Titulis minor,
Ac Regiarum lumine frontium;
Regno, profanatisq; sceptris,
Et profugo (meliore fato)
Succede Fratri. Tu calidos adhuc,
A sanctioris sanguine vulneris
Absterge mucrones; & à tam
Immeritis populare bellis,
Tandem propinquo crimine cautior,
Arceto ferrum. Tu potiùs sacros
Manes Stanislai, & profana
Sacrilegis monumenta factis,

Perennio-

Ita, Aris adhærens; vt non niſi mortuus ab eis auelli poſſes;
Exili ædiculâ, ingentes non capiente furores;
In campos ſpirans cadauer extraheris:
Cœlo teſte, pro cœlo occubiturus.
Ingentem animam, tot in vulneribus rimati hoſtes;
Dum in plurimas partes integerrimum corpus diuidunt;
Ne ſic quidem integritatem tuam minuerunt.
Tam diu ſectus, dum aliquis vulneri locus, eſſet;
Per arua ſpargeris, in vberem gloriæ Meſſem ſurrecturus.
In Campis natus, ac denatus;
Verus Sarmaticæ Nobilitatis FLOS, & Sanctitatis.
Et verò, nunquam agri illi, nobiliori ſemente conſiti ſunt.
Poterat tacitus quiſpiam ita vouere.
Adoleſcite felicia Germina.
Ex adeò ſanctâ ſemente, Sancti nobis pullulent Præſules.
PLVRES, VTINAM! NASCANTVR STANISLAI!
Sed qui totâ vitâ integritatem, integerrimè coluiſti;
Nec poſt fata, diuiſo in corpore, eam paſſus es violari.
Membris, ad integerrimum corpus, coaleſcentibus;
Planè dicere Paulinum illud non poteras,
Sentio aliam legem in membris meis,
Quæ tantâ concordiâ in vnum corpus concreuêre.
Vnius manûs, vnico abſente digito,
Accenſa in aquis Lux, raptorem piſcem detexit;
Et ſacrilegij veluti reum, lapſa è cœlo flamma, indicauit.
Nimirùm integrâ manu Poloniam tuam fulturus;
Ne vnico quidem digito carere voluiſti.
Sed nec aliæ defuêre Cœlo faces,
Quæ inter excubitrices Aquilas, funus, tuum illuſtrarunt.

Niſi

Niſi triumphales ignes hoſce dici malis;
Quos tibi cœleſte Capitolium ingredienti,
Gratulabundi Cœlites accenderunt.
Adeò præclaram mortem, quidni cœlum ipſum illuſtraret?
Clariſſimis natalibus ortus,
Nec vitæ finem obſcurum habere debuiſti.
In tanta ergò Luce, cæcus alioqui, Boleſlaus,
Virum ſe *Nominis* ſui agnouit.
Felix erat, ſi vnà cum Regno, quod, vltrò, deſeruit,
Se quoque deſerere potuiſſet.
Sed, *difficilè eſt malæ Conſcientiæ tormentum effugere.*
Mens ſceleris ſui conſcia, ingeniosè excogitat pericula;
Et *timet, vndecunq; puniri potuit, aut meruit.*
Vt *omnia ſint pacatiſſima, & tutiſſima;*
Docet timores, mala Conſcientia.
Quâ nullus vnquam tortor, crudelior fuit.
Hâc accuſatrice inquies Boleſlaus,
Cùm ſua fata per præruptos Pannoniæ montes inſequitur,
(Ipſa nempe mors Tyrannum fugiebat)
Meruit, vt quod fatum, pij Patris,
Impiam ſobolem, obruerit, neſciamus.
Si verax fama; rem miraculo maiorem præſtitit.
Cùm peſſimè vixiſſet:
Optimè (in quodam Carinthiæ monaſterio) mortuum ferunt.
Sanè maius hoc omni miraculo portentum.
Monſtrum enim *eſt, diſſimilem vitæ ſtudijs, mortem, alicui contingere.*
An non hîc iure merito, cùm Stoico exclamem!

Digitized by Google

Hoc eſt Boleslai crimen Æternum,
Quod nulla virtus, nulla bellorum felicitas redimet.
Nam quoties quis dixerit, occidit multa Ruſſorum millia, &c.
&c. &c. &c. &c. &c.
Opponetur: & Stanislaum occidit.
Omnia licet Ducum, Regumq; exempla tranſierit;
Nihil tam Magnum erit, quàm cædes Stanislai.
Adeò, verum illud Tullij Paradoxum,
Vita noſtra Carmen eſt:
Cui, ſi vel ſyllaba deeſt, exſibilaris.

IN BOLESLAVM AVDACEM ODE V.

AVdax, ſed olim: mox etiam fugax:
Emptum trecentis panè periculis,
Tantisq; vix quondam redemptum
Funeribus, populiq; multo
Et Martiorum ſanguine Ciuium,
Hèu! quàm ſceleſti pectoris impotens,
Turpiq; flammatus calore,
Et ſtygio Furiarum & Orci
Succenſus aſtro; quàm malè, prò dolor!
In ſanctioris vulnere Verticis
Immerſit; audaciq; Nomen
Rex Lechiæ, tumulauit irâ.

Hàc

Hàc in cicatrice, aurea Lechica,
Merſere ſe ſe Sceptra potentiæ;
Hîc turpe, prò dolor; Polona
Naufragium ſubijt Corona,
Regumq; nomen. Quid malè, Regia
Sub imperantis lumine purpura
Non auſit ira? & parcioris
Impatiens, nimijq; larga,
Vindicta freni. Nempè magis ferit
Regalis ictus. ſæuaq; Regio
Et pondus, à ſceptro, & valorem
Dextra trahit; grauiûsq; Regum
Sentitur enſis. *prò b! ſuperûm æmuli,*
Inominatis parcite cædibus
Reges; ferociumq; tandem
Indomitas gladiorum, & irarum,
Arcete rixas. nam propè Regium
Perenniori ſe ſcelus induit
Æternitate; & inter omnes
A populo recitatur annos.
Conſpectiori lumine proditur,
Affine magnis crimen Honoribus.
Vetatque peccantem latere
Ipſe Thronus; ſolijq; ſplendor.
Sic & decoras laudis adoreas,
Tantisq; nuper cædibus illitam
Laurum, Boleſlae, & recentem
Chijouij ſonitum triumphi,
Totamq; noſtræ penè Poloniæ
Famam, futuris Regibus vnico

Succidis ictu. sic recentes
Cæde nouâ iugulas Honores.
Nam quid rebellis classica Prussiæ!
Quid subiugatæ bella Podoliæ!
Regumq; cædes? quid retincti
Pannonico gladij cruore?
Contra scelestum robur, & impios
Possint furores? non ego strenuum
Vocabo Victorem, trecentos
Qui domuit, domitosq; rursus
Frenauit hostes: nec tamen interim.
Ferocientis tela Cupidinis
Suumq; frenauit furorem:
Sed dominæ, prope seruus iræ
Obedit vltrò. Latiùs imperat,
Non plura, sed qui se domuit suis
Inuictus armis; gnauus idem
Certa suæ, dare jura menti.
O! qui occupato iam propior Deo,
Ab hospitali sidere, Lechicos
Reges, Stanislae, & clientem
E vigilis statione cæli,
Spectas Polonum; da Pater, à tuo,
Olim rigatas, sanguine, pulchriùs
Vernare terras: da quietos
Principibus populoq; mores.

VLA.

132
VLADISLAVS HERMANNVS

VLADISLAVS HERMANNVS.

SVmmis Regibus, ſolo nomine Regio minor.
Heredem ſe ac Principem appellare maluit.
Modeſtiori ſaltem titulo,
Minuenda erat Fortunæ inuidia, vel abolenda.
In primo deſerti à Fratre Regni aditu,
Ne quâ ſui parte ab exilio Boleſlaus abeſſet;
Sancita ab eo edicta, proſcripſit.
In ea, nimirùm, tempora inciderat,
Quibus Euerſor Legum, meliùs audiret, quàm Seruator.
Ab ipſa Natura ad quietem compoſitus,
Et Humanitatis ac Religionis amantior, quàm gloriæ;
Rebellium ingeniorũ peruicaciâ, toties ad arma compulſus eſt.
Pruſsiæ, Pomeraniæque, quia vetus, iugum excuſſerant,
Vltricia, ſimulque victricia arma intulit.
Mox decuſſis, eorum capitibus, qui ſe iugo exemerant;
Vtriuſque populi nomina, ſibi, Regnoque ſubiecit.
Vt tamen clarius virtutis ſuæ documentum præberet;
Suum illi ſanguinem Fortuna obiecit.
Diſceret,
Malè natam ſobolem, rarò Parentibus ſuis æquam eſſe.
Zbigneus, extra legitimum thorum, ſuſceptus,
Et planè ſpurius Vladiſlai Filius,
Quaſi ægrè ferret natales eiuſmodi,
Paternæ Pietati, bellum indicit.

Parùm abfuit, quin æquiſſimus Heros,
Eum, quem degeneri ſanguinem dederat, armis repeteret.
Sed ad Paternos pedes abiectus Zbigneus,
Vltrò ruinam præuenire maluit, quàm à ferro cogeretur.
Abundè ſibi Hermannus ita ſatisfactum putabat;
Qui necdum ſe Patrem oblitus,
Maluit filij lacrymas ſpectare, quàm ſanguinem.
Et verò, *profundiùs cadit, ſponte inclinata proteruia.*
Facilè de eo, cui parcimus triumphamus.
Quia ergo manuũ ſuarum fiduciam, ad pedes Paternos abiecit;
Quam armato negauerat, inermi, Regni partem conceſſit,
Ita, *faciliùs à Principe beneficium precibus extorqueas, quàm armis.*
Neque tamen Hermanni elogia, cenſoriâ virgulâ caruêre.
Optimus, & numeris omnibus abſolutus Princeps creditus,
Niſi plus æquo bonus fieri voluiſſet.
Dum impotentis Secechi nutibus nimiùm ſe permittit;
Plus ei tribuiſſe viſus eſt:
Quàm aut Miniſtri auctoritas exigeret;
Aut Principis Maieſtas pateretur.
Si rectæ Politiei iura conſulimus,
Iis limitibus Principum ac Miniſtrorum fortuna circumſcribenda eſt:
Ne aut illi ſe obliuiſcantur Dominos;
Aut iſti, ſe aliquando non meminerint eſſ. ſeruos.
Sed *rarior Theodoſius, ſuo caruit Seiano.*
Neſcias tamen, cui næuus hic adſcribendus.
Vladiſlaoné? quòd affectus ſuos cautiùs moderari noluerit:
An Sececho? quòd illis modeſtiùs vti neſcierit.
Hinc non iniuſta forſitan in Principem offenſa;
Et iuſtiſſimum in Secechum odium:

Ac vlti-

Ac vltima deniqúe impotentis Palatini pernicies.
Qui enim *Principum fauoribus vti neſcit,*
Diu illis frui nequaquam poteſt.
Iam olim *nimij Regum amores,*
Omnium odijs vapulant.
Tandem, compoſitis vndequaque rebus,
Oſſa quoque ſua Regibus appoſuit Hermannus,
Anno Chriſti, M. C. II. Annis XX. rerum potitus.

VLADISLAO HERMANNO PANEGYRIS LYRICA.

ODE VI.

TV verò quanquam, iam Titulis minor,
Ac Regiarum lumine frontium;
Regno, profanatisq; ſceptris,
Et profugo (meliore fato)
Succede Fratri. Tu calidos adhuc,
A ſanctioris ſanguine vulneris
Abſterge mucrones; & à tam
Immeritis populare bellis,
Tandem propinquo crimine cautior,
Arceto ferrum. Tu potiùs ſacros
Manes Staniſlai, & profana
Sacrilegis monumenta factis,

Perennio-

Perennioris ſollicitus ſpei,
Olim expiabis. Tu potiùs tuum
Merſiſſe mucronem; & viriles
Sarmatici gladios Gradiui,
Aùt in rebellis cæde Morauiæ,
Aut perduellis ſanguine Pruſſiæ,
Gaudebis; & Victor per ipſa
Edomiti iuga Pomerani,
Calcabis olim. quà tibi nobiles,
Inuicta Virtus, erigit aggeres.
Quà te catenandus neſaſto
Marte vocans, velit ire natu.
Polluta turpi progenies thoro
Rarò fit æquis, æqua Parentibus.
Senſit, Deûm Pater, cruenti
Tela nothi; fera ſenſit arma,
Cùm poſt virentium ſemina dentium,
Bellator agro miles inhorruit;
Ni pila torſiſſet, grauemq;
Theſſalico gladium veneno,
Et arma Iaſon Quid memorem Herculis
Regnumq; Pyrrhi? ſenſit adulteram
Humum, rebellantesq; Calum,
Quos genuit, timuit Gigantes.
At non eodem te tuus omine
Inuaſit heres. corrigis exules,
Hermanne, Diuos: fauſtiore
Aggrediens Briareon arte.
Quot in paludis Goplinæ vado,
Sacraſſe Diti diceris hoſtias?

Quantum

Quantumq; te ſuffuſa quondam
Sanguineo Thetis horret æſtu?
At cùm reuicti prælia Zbignei,
Et exterorum ſuppetias Ducum
Infringis; ac mitem immerenti
Das, genitor, veniam clienti;
Te fœderatæ Gratia dextеræ;
Et pura nudo pectore Veritas;
Candorq;, Cælitumq; cultus,
Et ſuperum facilis precari
In Vota plebes. Te ſtudioſior,
Veriq; Mater Simplicitas, ſacro
Offudit argento; & refuſos
Sollicitâ ſine lege crines,
Palmis remiſto Pax & Amanitas
Frenauit auro. Te placidis Honor
Decusq;, cultusq;, & Ducali
Pompa frequens comitata Honeſto,
Sequuntur armis. Iam tibi proximum,
Et Fas & Æquum, ſubſtitit ad latus.
Sacrumq; Virtutum tribunal,
Et niuei ſine labe mores.
Te pertinaci Fama canit tubâ;
Te ſempiternis Rumor honoribus:
Te cana, canorumq; Mater,
Perpetuâ prece, diſcit Ætas.

BOLESLAVS KRIVOVSTVS.

JTa eſt, Mortales;
Faciliùs in ſummis apicibus,
Vitia notamus, quàm virtutes.
Quàm multos COPRONYMOS,
BALBOS, CRASSOS, CALVOS, LASCONOGOS;
Quàm paucos hodie,
IVSTOS, PVDICOS, MAGNOS, numeramus.
Etiam Boleſlao noſtro, tot virtutibus conſpicuo,
Agnomen, OS INTORTVM dedit.
Sed facilè formæ vitium, tot virtutum formis correxit.
Vultûs deformitatem, quam ex morbo contraxerat,
Militari galeâ oppreſſit;
Nunquam non decoro puluere ſordidus.
Planè ad bella natus Princeps,
In primo ætatis aditu,
Sago, prætextam, (bullam potiùs) permutauit.
Adeò, ſcilicet maturè, ei inchoandum fuerat,
Cui tantum victoriarum ſtadium, Fata deſtinârant.
Quadrageſies ſepties triumphaturus,
Militiæ rudimenta, poſuit victorias.
Neque tibi ſuſpecta ſit pueri tunc Principis Fortuna,
Ex eo, quòd à ſummis inceperit.
Principum indoles, popularem menſuram excedit.

Non

Digitized by Google

BOLESLAVS KRIVOVSTVS.

JTa eſt, Mortales;
Faciliùs in ſummis apicibus,
Vitia notamus, quàm virtutes.
Quàm multos COPRONYMOS,
BALBOS, CRASSOS, CALVOS, LASCONOGOS;
Quàm paucos hodie,
IVSTOS, PVDICOS, MAGNOS, numeramus.
Etiam Boleſlao noſtro, tot virtutibus conſpicuo,
Agnomen, OS INTORTVM dedit.
Sed facilè formæ vitium, tot virtutum formis correxit.
Vultûs deformitatem, quam ex morbo contraxerat,
Militari galeâ oppreſſit;
Nunquam non decoro puluere ſordidus.
Planè ad bella natus Princeps,
In primo ætatis aditu,
Sago, prætextam, (bullam potiùs) permutauit.
Adeò, ſcilicet maturè, ei inchoandum fuerat,
Cui tantum victoriarum ſtadium, Fata deſtinârant.
Quadrageſies ſepties triumphaturus,
Militiæ rudimenta, poſuit victorias.
Neque tibi ſuſpecta ſit pueri tunc Principis Fortuna,
Ex eo, quòd à ſummis inceperit.
Principum indoles, popularem menſuram excedit.

Non

138
BOLESLAVS I. VOLVSTVS

Non ſemper his oportet à paruis, ad maiora progredi.
Lentè motus Principis animus, parum excitatur.
Oportet grandi aliquo impetu,
Aut totam ſimul; aut maiorem magna indolis partem, exerere.
Aſſuefactus maximis animus;
Magna etiam, deinceps, parua iudicat:
Et quidquid maximo additur, exiguum æſtimat.
Adde, quòd Boleſlao, & ſua indoles, & Paterna virtus,
Maximorum facinorum ingens calcar fuerit.
Patris imaginem, non magis appenſam è collo,
Quàm fixam habens in corde:
Ex vero planè fuit, IMAGO PATRIS.
Eum meliùs exprimens moribus, quàm pictor coloribus;
Semper præſentem virtutis ſuæ habuit, & Ideam, & Teſtem.
Alias *Meliùs eſt Maiorum facta colere, quàm imagines.*
Aureæ Coronæ, tot Laureis præludens:
Plures Ciuicas, ac Obſidionales non ſemel tulit,
Vt tandem emerito capiti, Regiam, dignè imponeret.
Nimirùm, puerilis illius victoriæ præiudicio ſecurus;
Non à ſuis tantummodò commilitonibus,
Verùm ab ipſis etiam hoſtibus, credebatur, Inuictus.
Adeò *ad conſequentia valet antecedens opinio.*
Veluti prima Sphæra, cæteras poſt ſe rapere dicitur:
Sic Principis opinio, ſequentes ducit.
In Regno Patrem ſecutus, extinctum diu luxit,
Loricam tamen, veriùs quàm Purpuram induit.
Niſi Loricam etiam, Purpuram vocaueris,
Quam toties victor, hoſtili ſanguine, cruentauit.
Vel in ipſa venatione ferarum, venator hoſtium;

Dum illas insequitur, in hos incidit.
Mox, quasi vnus ipse integrum circumferret exercitum:
Nec hostium ingentem multitudinem;
Nec suorum paucitatem veritus;
Aususque non solùm expectare hostem, sed etiam lacessere;
Ingentem in casses, gloriam, impegit.
Vt mirandum magis fuerit sperasse vincere, quam vicisse.
Ita sæpiùs Spe magis, quàm audaciâ, fretus;
Immò contra ipsam Spem, animosè audax,
Pauciſsimis suorum, plurimos hostium fudit:
Maiori gloriâ, quàm securitate.
Vix enim *aliquando magna gloria, sine magno est periculo.*
Zbignei, spurij Fratris, fraudibus prouocatus;
Et vnâ Bohemicam, Pomeranicamque perfidiam, egregiè vltus;
Splendidam de vtriſque victoriam reportauit.
Ne triumphales flammæ desiderarentur,
Vtraque Regio, ad rogum condemnata, luxit.
Illud etiam, tot inter flammas clarè tum patuit;
Temerè susceptа sceleratorum Patrocinia,
Plurimùm Patronis suis nocuisse.
Nullibi aduersùs artes malitiæ, securum Asylum est.
Breui, postea ob eandem causam,
Henricum IV. Romanorum Imperatorem,
Numeroſisimo exercitu exutum,
Ægrè, cum pedibus, vnicoq; comite, ad suos redire permisit.
Pedibus tutus vitam Cæsar, quam manibus non posset;
Victoriam, Exercitumque à tergo reliquit.
Si quæ gloria est benè fugere,

Hanc

Hanc tantùm Henrico, Boleſlaus, in Campo Canino, conceſsit.
Numero militum rapturus victoriam;
Aut multitudine oppreſſurus, quem virtute non poſſet;
Malo ſuo, ſuorumque ingenti clade, didicit: Henricus,
Virtute alienum militem metiri, non numero.
Errat, quiſquis aliena robora numerat, non æſtimat.
Pauci ſunt, qui vincunt.
Immò, *vt in minoribus, benèq; compactis corporibus;*
Ita in minùs numeroſo Exercitu, ſæpè, plus animi, latet.
Inuenit tamen Cæſar, quà ratione, quem vincere non poterat,
Sibi in poſterùm deuinciret.
Ne omninò à vinculis liber eſſet, victor Boleſlaus:
Cùm Polonæ Libertatis arbiter, alias compedes non pateretur;
Arctiſſimo Affinitatis vinculo, Patrem Filiumq; deuinxit.
(Si licet ſuſpicari)
Vt ſimiles ſibi, è fortiſsimo Genero, Nepotes gignerentur.
Hinc Patri, ſoror Aldegundis;
Filio, (Vladiſlaus ſecundus erat) Imperatoria filia, copulata,
Claſsicis Epithalamium præcinentibus.
Ita de extinctis Bellonæ facibus, Hymenæi tædæ accenſæ:
Et quod miraculo par;
De connubio vix dum inito, nata Pax,
Præmaturâ fœcunditate, vtrumq; Principem beauit.
Sed non multa Polono Herculi, feriandi mora conceſſa.
Maritalis amor, Martiali: adeoq; Hymenæus,
Marti initiatus eſt.
Noua in Pomerania, Bohemia, Pruſsiaque monſtra,
Pro Haſta Cælibari, Militarem;

Pro Nuptiali Myrto, Triumphalem Lauream ei obtrusêre.
Ergò Bohemicus, Pruſsicus, Morauicus, Danicus,
Germanicus, Roſſicus,
Debellator, ſemperque victor,
Nunquam poſtea vixit otioſus.
Ducis & Militis, non confuſis munijs, ſed vnitis;
Ab ipſis hoſtibus victor ſæpiùs decantatus eſt.
Tam capax victoriæ, quàm veniæ facilis:
Omni in bello, vni, ſe, Paci, militaſſe oſtendit.
Officina enim *Pacis Bellum eſt:*
Et ſæpè Pax, è Bello magis, quam ex quiete ſtabilitur.
Vbique, ſed in bellis gerendis, maximè Religioſus;
Quaſi ipſum Cœlum & Cœlites ſibi ſtipendiarios effeciſſet,
Sine illis militauit nunquam.
Diſciplinæ militaris obſeruantiſsimus,
Milires ſuos eſſe voluit, non magis fortes, quam probos.
Scelera, quippe, *exercitus, maxima ſunt belli pericula.*
Victoriæ, aut cladis augurium,
Ex militum virtutibus, aut vitijs trahitur.
Exercitus, quem iniuriæ antecedunt, cladem & interitum ominatur.
Impoſſibile, enim, *eſt rem benè geſturos,*
Qui lachrymas & execrationes, pro viatico, ſecum ad Caſtra, trahunt.
Et quia *æquè periculoſum eſt, ſeu omnia militi conceduntur, ſeu nihil:*
Illud imprimis præſtitit Boleſlaus,
Vt *militaris rigor, Ducali liberalitate leniretur.*
Non omnia in bellis ferrum vincit:
Aurum quoq; & argentum frequentes victorias numerat.
Hinc æquiſsimus, ac liberaliſsimus Princeps,

Æquè

Digitized by Google

Æquè ſtrenuos, ac imbelles quorundam animos,
In oblatis muneribus expreſsit.
Ita, auream Zeleſlai Ducis virtutem,
Ob amiſſam in bello manum, aureâ dexterâ inſigniuit.
Alium verò, qui ſub ſe, LEONE DVCE,
LEPVS, eſſe non erubuit, GALEATVS;
Leporinâ pelle muneratus eſt, fuſoque & colu:
Vt nimirùm, pedum fugacitatem in gutture puniens,
Ipſe ſibi laqueum necteret: quod & fecit.
Demiſſo à Campana fune gulam ipſe ſibi præfocans,
Vocali fato mori voluit; immò debuit:
Vt ipſemet, fatale ſibi æs circumagens, doceret,
Quânam pænâ, Heroum gloriæ Fures mulctandi ſint.

Boleslaus verò,

Glorioſiùs ratus victorijs, quàm annis Imperium diſtinxiſſe:
Triginta Annos regnauit, quadragies ſepties triumphauit.
Sed nihil humanum inuariabile!
Infeliciſſimos quandoq; exitus parit, diuturna felicitas.
Vt ſupremam felicitatem, vna ſyllaba addita;
Ita inuicti nomen, vna dempta, immutabit.
Quoties ex FELICISSIMIS, INFELICES!
Ex INVICTIS, VICTOS ſpectauimus?
Si tamen ſpectari debuerant, non defleri.
Ruſſorum ac Vngarorum fraudibus circumuentus,
Poſt cruentam hoſtilis exercitus, ſuique comitatus cædem;
Cùm nunquam antea vinci didiciſſet,
Non tam hoſtium dolis, aut armis;
Quàm dolori ſuo ſuccubuit:

Id eſt,

Id eſt, vincere ſimul, & viuere deſijt.
Anno victoris Hominis-Dei. M. C. XXX IX.
Diſcet hinc Poſteritas,
Raram eſſe Fortunam, abſq; infortunij Appendice.
Citiùs ruina fit, quàm ædificium.
Sæpè multis annis quæſita felicitas,
Horæ vnius momento amittitur.

BOLESLAO KRIVOVSTO
PANEGYRIS LYRICA,
ODE VII.

AT, ſi imperanti paret adhuc lyra,
Nondumq; ſurdis dulcia cantibus
Audire detrectat, iubentis
Dicta metri, medijs Cytheron
Inductus aſtris; huc Mareotica
Silex, & omnis copia montium;
Huc Creta, Maſſylæq; rupes,
Huc Phrygijs ruat, Oſſa, venis.
Huc, quâ propinquis nubibus obuians
Inuadit alto ſidera vertice,
Cliuoſq; deſpectat minores,
Carpathium caput: huc, ſequaces,
Deciſa vaſtis marmora montibus,
Et exterarum fragmina rupium,

Campiq;

Digitized by Google

Campiq; nobileſq; venæ,
E Parijs properent ſodinis.
Hic eruditæ carmine tibiæ,
Grandem è ſupinis ſurgere collibus,
Suadebo molem; quæ remotæ
Pyramidas ſuperet Canopi;
Ipſamq; Memphim, & Romuleo graues,
(Vtcunq; vaſtis aſtra decempedis
Intrant, Planetareſq; currus,
Inſolito retinent ſtupore)
Cœlo, Coloſſos. Hic ego me retrò
Secuta dulci marmora colligam
Rupeſq; cantu: hîc & Trophæa,
Et domiti iuga Pomerani,
Hic mitigatæ prælia Ruſſiæ,
Belloq; victi funera Teutonis;
Tuumq; ſculpam, nil Polono
Innumeris metuende turmis,
Henrice Fatum. Non mihi Dania,
Grandiq; ſqualens cæde Morauia
Indicta; nec quondam refuſa
Norvegico Maria alta tabo;
Exulq; Danus: Te memores ſibi
Vatumq; docto vulnere ſaucia,
Inuicte Boleſlae, rupes;
Te tacitæ ſilices loquentur.
Dicêris altæ robore dextera,
In perduelles ſpicula Regio
Armaſſe ferro: & contumaces
Sub pedibus, domina tyrannos

Calcaſſe plantâ. Se tibi ſupplici,
Dicetur vmbrâ, Laurus, & ardua
Flexiſſe Quercus; ſeptieſq;
Et decies quater, obligatos
Vmbraſſe crines. Hic tibi Sarmata,
Narranda ſeris metra nepotibus;
Gratumq; cantabit quotannis,
Dum Lechicus vehet aſtra Veſper
Pæana vulgus. Hic violis humum,
Et picta Vernis marmora Liliis
Spargemus. iuuictumq; rurſus
Te, patrio repetemus ore.
Io! ter io! iam propior polo,
Occurrit altis machina nubibus:
Nimboſq; nil morata, ſacrum
Sarmaticis caput æquat aſtris.

VLADI-

146
VLADISLAVS II

VLADISLAVS II.

OPtimi Parentis posthumum dedecus.
Quòd exilio, quàm Regno aptior esset, euentus docuit.
Omnia in eo luserunt Fortunæ, ac Naturæ Antitheta.
Fratrum Primus, & Postremus;
Regnum dum quærit, amittit:
Et dum maius facere vult, facit nullum.
Vis rem dicam ipsissimam?
Quia *noluit, vt alij felices essent, miserrimus ipse fuit.*
O! raram Fratrum concordiam, quoties regnandum est.
Quos vteri vnius angustijs incluserat Natura;
Regni vnius spatijs, ægrè sustentat Fortuna.
Ad felicitatis Paternæ maiestatem aspirans;
Nihil sibi deesse putauit,
Vt integrum eius Regnum, vnicus ipse possideret.
Censuit sibi auferri, quod fratres haberent.
Plerique, enim, *ex alienis commodis, damna sua æstimant:*
Et quidquid aliis obtigerit; sibi putant auferri.
Ergò, ne eo, quod eripere poterat, careret:
Germano sanguini parricidale bellum indixit.
Adeò, *potentior est sanguine cupiditas.*
Belli causam ne quære: vxor erat.
Nisi hanc, iure æquissimo, Furiam dicere malis;
Quæ Fraterno Bello, impotentis Cupidinis faces, prætulit.
Magna populi calamitas est, vxorius Princeps.
Talis erat Vladislaus; dignus cui Femina imperaret.

Optimorum consiliorum, tam inimicus, quàm incapax:
Suam, & vxoris auaritiam, maturo suorum Comitio, præferens;
Regnum dum propagare malis artibus cupit,
Æquissimo fatorum iudicio, perdidit.
Fædâ populatione, in populares suos grassatus;
Dum peregrè ducto exercitu, bona eorum ferociter vastat,
Sua non esse ostendit.
Hoc, nempe, *est ambitionis ingenium; quæ sua vult; facit nulla.*
Et verò supplices Fratrum preces,
Cùm ab indignissimis pedibus, vnà cum vxore sua, reijcit;
Demissos eorum amplexus, in laqueos commutauit.
Scelere suo; non armis tantùm, sed animis etiam, fœderatos,
In arce Posnanensi, arctissimè obsidens;
Vindicem Nemesim, paulò post expertus est.
Trepidatum imprimis aliquandiu in arce;
Sed subitò frigidus timor, insigni furore incaluit.
Acerrima virtus est, quam suprema necessitas extundit.
Hæc sola audaciam multis dedit, & victoriam.
Vltimâ desperatione feroces, & Causæ Æquitate erecti,
Dignum tuendæ innocentiæ facinus aggrediuntur.
Nox eruptioni destinata;
Ne Fraternorum armorum strepitu,
Orbis oculus (vt olim ad Thebas) offenderetur.
Nox, inquam, non obscuræ victoriæ, delecta:
Hæc enim *sæpè pro Duce; nonnunquam pro Exercitu fuit.*
Multi commilitonibus tenebris in pugna vsi;
Nomen & victorias illustrarunt.
Vladislai interim milites, spe priùs quàm Baccho ebrij,

Cùm

Digitized by Google

Cùm ardentem cognati ſanguinis ſitim,
Vino acuunt, aut reſtinguunt;
A crapula ſomnoque victi, futuram ſtragem adumbrabant.
Exitio ſuo mox Poſteritatem edocturi;
Quàm affinia ſint in bellis vocabula, merum & mæror.
Raræ in vallis ſtationes, aut nullæ; quia ebriæ:
Supina vbique, & *apertis periculis, magis pernicioſa ſecuritas*;
Adeoque *magnarum victoriarum quandoq; auſpex, contemptus Hoſtis*:
Omnia denique Bacchanalibus, quàm Caſtris propiora.
Hâc occaſione optimè vſi, obſeſſi Principes,
(*Maximè* enim *in bellis rerum agendarum anima, occaſio eſt*,)
Ex arce cum ſuis erumpunt,
Non tam pugnaturi, quàm vino, ſomnoq; ſepultos, tumulaturi.
Manus vna gladio, face altera, armabatur.
Diceres, aut cæco eos furori præluxiſſe:
Aut funebrem pompam, prælatis funalibus, adornaſſe.
Tot facib⁹, ægrè excitati hoſtes; dum arma capiunt, trucidantur.
Demum ſuccenſa Caſtra, extincta odia:
Et ſacrilegus cognati ſanguinis furor, ad pyram condemnatus,
Suiſmet ignibus arſit.
Ita, inter ipſa infortunia, naſcitur felicitas.
Et, *faciliùs quandoq; vincitur qui ſperat, quàm qui timet.*
Dum ſe vnà cum fratribus miſerrimum putat Boleſlaus,
Feliciſsimus victor extitit.
Vladiſlaus porrò, nec lauru patriâ, nec lare dignus;
Ac è ſtatione ſimul, & Regno profugus;
Tam malè foris exul vixit, quàm domi Tyrannus.
Ægrè è tanta ſtrage, fugâque collecto ſpiritu,
In exilio, cum vxore, ac liberis contabuit.

Vel ideò infelices, quòd aliquando felices fuiſſent.
In omni, enim, *aduerſitate*,
Infeliciſſimum infortunij genus eſt, fuiſſe felicem.
Vtriuſque barbaram immanitatem, vt reliqua taceant;
Elinguis Duninus, nunc etiam vocaliſſimè, loquitur.
Præciſa, cordato, ac magis Veritati,
Quàm Maieſtati addicto Heroi, lingua,
Chriſtinæ & Vladiſlai Tyrannidem, diſertiſſimè euulgauit.
Tantæ feritatis cauſam quæris?
Imprimis, vtriuſque Principis furor fuit.
Nulla, enim, *Regum ira tolerabilis eſt, aut innoxia.*
Fruſtra hîc innocentiam appelles.
Principum indignatio, reum vbi non inuenit; facit.
Adde, quòd *malis Principibus, boni quàm mali ſuſpectiores ſunt.*
Semper ijs aliena virtus eſt formidoloſa.
Melior vir erat Dunin⁹, quàm eſſe quenquã Tyranno expediret.
Etiam tùm apud Vladiſlaum, vt olim apud Neronem,
Sola virtus, publicum in omnibus crimen erat.
Nam *apud infenſum virtutibus Principem,*
Non minùs eſt periculum ex bona fama, quàm ex mala.
Alteram tantæ immanitatis cauſam deſideras?
Libertas boni Conſiliarij mali Principis crudelitatem irritauit.
Cùm, enim, *Tyranni*
Eius, quem timent, libertatem, inter Læſæ Maieſtatis crimina reputant;
Non erat difficile liberrimo ſeni, crimen eiuſmodi appingere:
Præſertim, vbi vitæ & necis arbitrium, penes Fæminam fuit.
Cum Harpyiæ illius inſtinctu,
Oculos etiam inſonti erui iuſſiſſet Vladiſlaus:
Gratulatus eſt ſibi Duninus,
Quòd fatale illud Regno par, ampliùs viſurus non eſſet.

Plus

Digitized by Google

Plus tamen lumine ſuo orbatus vidit,
Quàm adeò malè oculati Coniuges.
Polonus planè Tireſias;
Tum maximè oculatus, cùm cæcus;
Imminens peſsimis Principibus Fatum,
E tenebris illis præuidit cæcus, & prædixit elinguis.
Adeò *nimia Principum potentia; impotenti violentiæ affinis eſt.*
Maximè cauendum bono Principi,
Ne videri velit nimiùm ſe, in ſuos poſſe.
Sola enim *potentiâ Regnum gubernare*
Tyranni Elogium eſt.

IN VLADISLAVM II.

ODE VIII.

SVnt quos refuſi flumina ſanguinis,
Et Ciuicarum funera cladium,
Enſeſq́, lymphatuſq́, ferri
Vrit amor; dubiumq́ Martis
In pace bellum: ſi tamen hoſticum,
Bellona multis ebria cædibus,
Inflaſſe cornu; vel ſeueris,
Claſſica detonuiſſe rixis;
Fetumq́ multo robore iuſſerit
Feruere Martem: protinùs integrum
Liquère mucronem; & ſupinis
Prælia deſeruère dextris.

Sic &

Sic & Ducalis præcipites Mitræ; &
Domi feroces, ſed trepidi foris;
Ciueſq́, non hoſtes peroſi,
Fata ſuo vitiant furore:
Menſeſq́ & annos, & malè naufraga
In Ciuicorum ſanguine funerum,
Et luſtra demergunt, & arma,
Arma ſuis habetata ab armis.

Neſcit ſeuero perpetuum decus
Parere ſceptro: mergitur aſperas,
Inter cicatrices honeſtæ
Laudis amor, ſolidæque Famæ.

Quin, vt cruentis ſordida cædibus,
Turpi erubeſcunt ſpicula murice:
Sic nomen, immaneſq́ Mitras,
Sic rigidi trabeas Tyranni, &
Fuſo petitam ſanguine polluunt
Æternitatem. Sic rigido tibi
Ignaue Vladiſlae, Fato
Magnanimæ perière laudes.
Vtcunq́ pulſis Fratribus hoſticas
Opponis iras; & malè Patrios,
Igniq́, ferroq́, & ſceleſto
Milite, depopularis agros;
Ac faſtuoſæ Coniugis, impium
Cæco imperatum perficis impetu:
Iuſtumq́ deſpectans & Æquum,
Egregij monitus Dunini,
Et ſaniori conſilio graues
Suaſus repellis: te celer Ambitus,

Iraq́

CRISPVS.

Iraq́; transfugamq́, Liuor
Theutonicas abigunt in oras.

Exulq́ tandem iureq́ Patrij
Carens ſepulchri; turpiter occidis
Tyranne, pullatoſq́ Manes,
Indecori ſepelis in vrna.

In qua (poloni ſi quis honor metri)
Hoc ſcribo carmen. Hic cinis immemor,
Orbiq́ue fatalis Polono,
Inſequitur ſua fata puluis.

Ne quære nomen; præſtat anonymos
Vocare Manes. quem meritâ nequis
Ornare Lauru, ſtat ſepultum,
Stat potiùs ſiluiſſe Regem.

BOLESLAVS CRISPVS.

SEcunda, immò Secundiſſima
Magni Kriuouſti proles.
Numeri omen in mores trahens, & auſpicia,
Regium Patris nomen, Regijs virtutibus impleuit.
Aliàs, *vana nominum iactantia.*
Vt ſub Magnorum Maximorumq́ titulis, deſides;
Ita ſub Minutiorum nominibus generoſos ſæpè vidimus.
Sola virtus eſt, quæ nos magnis, immò & maximis pares facit.

Regni tam non appetens, quàm capax;
Fraternorum armorum iniuriâ lacesſitus;
Iure ſibi debitam ſceptri poſſeſsionem, vi rapuit.
Diceres, armis cogendum fuiſſe, vt regnaret.
Si Fata conſulamus, illud egerunt:
Vt alieno ſcelere relictum Regnum, iure optimo occuparet;
Et deſertum ab improbo fratre ſolium,
Inſonti manu, ne rueret, ſuſtentaret.
Ergò dum eius fugam inſequitur, in Regnum incidit;
Et quod, minimè quæſierat Sceptrum, inuenit.
Feliciùs quandoq; Fortuna ſolet occurrere, quàm inueniri:
Ac ferè iucundior eſt, ſponte veniens, quàm quæſita.
Ad Fraternos nuper pedes abiectus Boleſlaus,
Vt tandem fortunatiſsimus fieret, aliquantulum miſer fuit.
Minùs ei Fortuna præſtiterat, niſi irata fuiſſet.
Ita, *pleroſq; in ſecuriorem portum defert tempeſtas, quàm malacia.*
Sæpè quod iſta eripuit; illa dedit.
Vis abſque inuoluctis, quod ſentio ediſſeram?
Non rarò iniuria aditus Fortunæ eſt.
Per vnius ſcelera, alterius felicitas incedit:
Et tandem, inſons innocentia coronatur.
Hâc inſignis Boleſlaus,
Ad Paterni Solij culmen per Fraternum ſcelus eluctatus,
Tandem Rerum, & Regni, feliciter potitus eſt.
Inſigni Prudentiâ præditus;
Et magis dexteritati ſuæ, quàm ſuorum dexteris confiſus:
Plura bella compoſuit, quàm fecit.
Pleraq;, enim, *in magna Fortuna.*

Melius

Digitized by Google

Melius Auspicijs & Consilijs, quàm telis geruntur & bellis.
Non soli olim Romani, sedendo vincunt.
Apud nos etiam,
Plus quandoq; potest consilium domi ; quàm arma foris.
Sed nec armatis consilijs caruit, Boleslaus.
Duorum Cæsarum, pro exule Fratre armatas preces,
Ne admitteret, galeâ aures obturauit:
Ne minas eorum vereretur; vi repulit.
Nec ideò crudelem, aut minùs humanum cogita.
Frustra Vladislaꝰ eam, quam alijs negauerat gratiam, expetebat.
Indigni sunt humanitate homines, qui cùm hominibus non sunt humani.
Cæterùm, in Ciues suos mitissimus Boleslaus;
Sceptro potitus, illud imprimis curauit;
Vt nimijs Fraternarum exactionum tributis,
Oppressos Ciues releuaret.
Nec id quidem non optimo consilio.
Nimia tributorum pondera, ipsam obruunt Rempublicam.
Pressis & attritis pauperibus, labuntur Imperia.
Ad Nabuchodonosoris statuam, te porrige; & disce:
Non posse fieri, vt imbelles regni pedes,
Arduum Reipublicæ pondus ferant;
Si nimijs exactionum ponderibus obruantur.
In propaganda Religione Religiosissimus;
Prussiæ, Pomeraniæque, Romanam fidem, armis suasit:
Ne ipse latiùs imperaret, quàm Deus.
Maximus illi, belli apparatus fuit, PIETAS & RELIGIO.
Quæ solæ *magnarum victoriarum auspices sunt.*
Iamque impios, ad Crucis venerationem adegerat;

Digitized by Google

Eius, ſcilicet, quam gladio præferebat.
Breui poſt, violatis fæderibus, docuerunt,
Quàm humanæ etiam fidei eſſent incapaces.
Apud ignobiles animos, tàm facilè fides frangitur, quàm datur.
Ergò iterum armatâ manu, DEO & ſibi periuros aggreditur:
Vt qui luſtrales ſacri fontis aquas contempſerant,
Sanguine ſuo tingerentur.
Sed aliter viſum Superis.
Communem cum cœlo cauſam ſortitus Boleſlaus;
Illud prælium inierat,
In quo ferè, vinci, quàm vincere magis eſt glorioſum.
A, transfugis, in inſidias præcipitatus;
Vnius Fratris fato, exercitûſque ſui ſanguine,
Impiam gentem expiauit.
Adeò, *nihil immune eſt perfidiæ.*
Vbi Fides ſtratagema fit; nihil poteſt eſſe ſecurum.
E funeſto bello reduci, luculentiorem victoriam Fata obtulerũt
Coortis Ciuium ſuorum ſeditionibus exceptus;
Eorum in ſe odia, inſigni lenitate, ſuperauit.
Ea demum ſolida Regum gloria eſt; vlciſci ſe beneficijs:
Stetit pro eo Frater, ne contra Pietatem inſurgeret.
Delatum ſibi, ſuperſtitis Boleſlai, Sceptrum, recuſans;
Eo ſe fecit digniſſimum.
Súum planè credidit, quod Fraternis manibus, tenebatur.
Ita, feliciter, quà Externorum, quà ſuorum odijs ſublatis,
Victor animorum & armorum; Boleſlaus,
Cæli in ſe amores excitauit.

Moritur,

Digitized by Google

Moritur, Anno poſt natam in terris vitam, M. C. LXXIII.
Pietatis ſuæ præmia ab ipſo cœlo recepturus:
Bono enim *Principi præmiando, ſola par eſſe poteſt*
IMMORTALITAS.

BOLESLAO CRISPO
PANEGYRIS LYRICA.
ODE IX.

EN excitato, audacior, Heſpero,
Latè ſepultos iam vigilantibus,
Cœlos coronauit lucernis
Veſper; Hyperboreoſq; nobis
Accendit ignes? Hinc rigidi iubar
Mauortis; illinc Herculis arduum
Conniuet aſtrum: hinc à propinquo
Diffugiunt Gemini Leone.
Illinc frequenti lumine palpitans,
Inducta cœlis monſtra trementibus,
Aſtræa traſuadit cothurnis;
Atq; metum timido fatetur
Pallore Virgo. Quis rutilum Iouis
Crinem; quis altam neſciat ignei
Fugam Bootæ? ſemitamq;
Virginei tumidam amne lactis.
Hinc pro Deorum poſtibus excubat,
Stipatus alto Theſeus Hercule:

Illinc Planetares ſuperſtant,
In vigili ſtatione currus.
At, te quod aſtrum? quis tenet interim
Non vilè pexis officioſior
Planeta flammis! ô Poloni
Magnanimum columen Trionis.
Te Barbaroſæ robur, & horridæ
Sensêre turmæ, te furor enſium
Totuſq́, Boleſlae, quondam
Teutonicæ ſonitus procellæ,
Iræ capacem, nec meriti inſcium
Senſit furoris. Te Trabeæ impotens
Germanus, infamiq́ Coniunx
Nupta viro, ſolidæ capacem
Sensêre bilis. Iamq́ tibi nouas
Nectebat olim gloria Laureas;
Ni Fata, pallentiſq́ Diuæ,
Funeream, rabies, Poloniæ
Mouiſſet vrnam. Scilicet, bèu dolor!
Matura virtus, mole ruit ſuâ:
Et omne quod Fortuna culmen
Magnificis ſolidauit auſis,
Patet ruinæ. *Non tamen in tui*
Sepultus vmbrâ, pulueris, immemor,
Rex magne faſtidis, per altos
Sarmatici cuneos Gradiui,
Petita quondam non violabilis
Trophæa Famæ. Te melioribus
Serenus inuitauit æther
Sedibus, inſolitoq́ dignum

Veſtiuit

Digitized by Google

158.
MIECISLAVS SENIOR

Veſtiuit auro. Te vigil, illicò,
Virtus, Mariti conſcia pectoris,
Tuiq; non obſcura quondam
Lux animi, Patrijs decorum
Adlegit aſtris. Sic meritis ſatur,
Poſt Fata rurſum Fama ſuperſtites
Euoluit annos. ſola virtus
Perpetuum ſibi condit Ævum.

MIECISLAVS SENEX.

NOn tam ætate, quàm moribus.
Graue SENIS agnomen, quod iuuenis meruerat, amiſit Senex:
Nunquam eo non dignus, niſi ſenuiſſet;
Vti & Regno, niſi regnaſſet.
Ingenium non indignum Maieſtate, Maieſtas corrupit:
Et mitem aliàs, Purpura efferauit.
Peiorem, enim, *facit, quem malum, Dignitas inuenit.*
Pleriſq; Imperium pro crimine, Fortuna pro ſcelere fuit.
Ceſſerunt prima poſtremis.
Bona Iuuentæ, Senectus flagitioſa obliterauit.
Ne à malè decepto Principatu deſereretur, timidus:
Regiæ limen, ferro terroreque muniuit.
Doloſa, quippe, *eſt dolis quæſita Fortuna:*

Et *tan*

Et tandem fallentes fallit.
At, *peſſimus diuturnitatis cuſtos eſt, metus.*
Ille demùm Regni ſui ſecuriſſimus eſt;
Quem plura amicorum, quàm armatorum præſidia muniuêre.
Illius, inquam, *Principis ſtabilis Magnitudo,*
Quem omnes, tam ſupra ſe, quàm pro ſe, eſſe ſciunt.
Veluti, pauciores eſſe vellet, quibus imperaret;
Crudelitati manus dedit.
Qui mores humanos exuunt, facilè in homines ſæuiunt.
At verò, *probro eſt Principi paruus populi numerus.*
Nihil eſt Reipublicæ egentiùs, quàm egere Ciuibus.
Neq; enim vi auri, ſed populi frequentiâ Regna locupletantur.
O! quàm diuinè Adrianus Imperator,
Malim ampliari Imperium, magis hominum adiectione;
Quàm pecuniarum copiâ.
Plura deſideras? audi Plinium.
Cupio Patriam noſtram, omnibus quidem rebus augeri;
Maximè tamen, Ciuium numero.
Verùm fruſtra hæc tum Mieciſlao canebantur,
Auariſſimo æquè ac crudeliſsimo.
In feras mitior, quàm in homines; earum feritatem, auxit ſuâ.
Securitatem quam vrbibus depulerat: ſyluis dedit.
Nihil ſub eo liberum, ne vox quidem.
Libertis amicior, quàm Liberis;
Ipſi Libertati tributa imperauit.
Habuit ſub eo Iuſtitia Libram:
Sed quâ oblata peſsimis Iudicibus munera, ponderaret.
Sub quibus nulla Cauſa tuta, niſi diues;

Nihil

Digitized by Google

Nihil non venale, nihil non emptum.
Auaritiæ ſupra modum deditus Princeps,
Sui ſimillimis, Legum momenta carò elocans;
Hanc ſibi felicitatem inuidit, vt diuitibus imperaret.
Quaſiuerò iniquiùs foret locupletibus imperare;
Quàm eſſe locupletem.
Auri ſitientiſsimus; Sæculum planè ferreum fecit.
In alienis ſceleribus puniendis, acerrimus:
In ſuis palpandis obſtinatiſsimus.
Non bon⁹ aliàs Princeps, in hoc ſolùm boni imaginem ſeruauit;
Quod noluerit alios, æquè ac ipſe fuit, peſsimos.
Illud tantùm in ſceleſtis ad ſpeciem non ſceleſtum,
Quod ſui ſimiles oderint.
Omnium libidinum ſerui,
Sic alienis vitijs traſcuntur, quaſi inuideant.
Ita tum & Mieciſlaus, ſibi indulgens, inexorabilis alijs:
Peiùs de ſe, quam de Ciuibus ſuis cenſuit.
Reputans magis aliena delicta auctoribus non competere;
Quàm ſua ſibi.
Optimis conſilijs, æquè ac Conſiliarijs infenſus;
Vtriſque exilium comminatus eſt.
Teſtis Gedeon, Epiſcopus Cracouienſis;
Alter planè Regni noſtri Nathan, ſi in Dauidem incidiſſet.
Prophetico commento,
Ante Tribunal Regium, ipſum Regem, producens reum:
Vt ſuum ſcelus in alieno crimine damnaret, Mieciſlaus, effecit.
Sed nimirùm, vlulauit hîc lupus in fabula.

Digitized by Google

Ergò in quo Nathanem agnoſcere noluit;
Ex verò Gedeonem expertus eſt,
Nouus, non tam nomine, quàm re, Madianites.
Conceptam, in eius perniciem, flammam,
Diu quaſſata, tandemque concuſſa, Reſpublica expirauit.
Clandeſtinis, Ordinis Senatorij conſilijs, animata,
Impotentibus malè tractantis manibus, Sceptrum eripuit;
Ne tandem aliquando à Tyranno frangeretur.
Ita, *nunquam in ſolido ſtetit ſuperba felicitas;*
Et ingenium plus æquo imperioſius.
Ita Polonia, ne ſæpius è Regibus exules faceret; ſemel fecit.
Sed inſanâ Ambitionis Antiſtrophe,
Ne ſemel tantûm exularet Mieciſlaus, toties factum.
Ter igitur Regno pulſus; ter potitus;
Tot vicibus Poloniam torſit, quot Furijs infernus funeſtatur.
Potuit in eo videri non erraſſe Fortuna.
Cæca illa quamuis, fingatur, & improba;
Hîc tamen vltra morem, & oculata, & proba;
Toties ei Sceptrum rapuit, quoties malè raptum comperiſſet.
Sæpè quidem in aditu ſuo ſtulte ſcere videtur Fortuna;
In exitu tamen ſapientiſſima eſt, atq; oculatiſſima.
Eos, qui contra naturam elati ſunt;
Ignominioſiùs quandoq; deponit, quàm extulerat.
Ter ſolio pulſus, ter eo indignus;
(*Nemo*, enim, *vnquã Imperium flagitio quæſitum, bonis artibus exercuit*)
Dum contra Fatorum contumaciam, toties nititur;
Eorum violentiam tandem expertus eſt.
Longiſſima, quippe, *Proœmia habent aduerſæ Fortunæ; breues periodos.*
Nulla ſceleſti Fortuna, diu felix eſt.

Subito

Subito fato ſublatus, turbato â ſe, ſæpiùs Regno,
. . . Semel demum reliquit ſpem quietis.
Hoc, nimirùm, *inſanæ ambitionis ingenium,*
Vt non priùs eam vota deſtituant, quàm vita.
Ita auarus & tenax; Sceptrum dum nimiùm ſtringit, frangit:
Miſer factus, dum miſeros facit.
Semper ſceleſtus; aliquoties fortunatus; nunquam felix.
Felicitas, enim, *Fortunam non ſequitur.*
Inter maxima eius ſupplicia illud computo,
Quod diu impunè ſceleratus fuerit.
Maxima omnium pæna eſt, felix malitia.
Tremuit eo imperante, ab imo concuſſa tellus;
Quaſi eius ſe pedibus ſubtrahere voluiſſet.
An, & voluit motu eo, ſcelerata veſtigia excutere?
Ne cuiquam Poſterorum paterent recalcanda.
Et verò, quid ni inuiſo ſub pondere laboraret?
Grande ipſi telluri pondus ſemper eſt,
Grauis popularibus ſuis Princeps.
Inter optima eius facta,
Bina ſolùm Xenodochia rectè numeraueris, quæ extruxit:
Immò, ne fruſtra tantum opus excitaſſe videretur;
Quæ inopibus miſeriſque,
Quos ipſe potiſsimùm tales fecerat,
Impleuit.

IN MIECISLAVM SENEM
ODE X.

QVæ larua? vel quod ſe ſpecioſiùs
Monſtrum Polono ſub diademate
Mentitur! & Regale nomen
Immerito vitians veterno,
In ſubditorum ſanguine, Regiam
Inominatò tingere Purpuram
Præſumit! atroceſq; toruum
Ponè latus vigilare cædes;
Ipſoſq; nudis imperat enſibus
Terrere Soles? ô! etiam tuis
Indigne Mieciſlae fatis,
O Procerum, Lechicique fulmen
Fatale Regni! ô! depereuntium
Funeſtiori crine ferocior,
Legum Cometes! te ſceleſto
Marmaricæ Tygrides abortu,
Exnunc minaci fronte ſibi parem,
Fudère partum: iam tetricos tibi
Abhinc Tyrannorum Furores,
Carpatiæ ſilices, & omnis
Seueriorum copia Marmorum
Induxit, atro non ſine turbidæ
Mentiſq;, inhumaniq; cordis,
Et rabidi vitio cerebri.

Tibi

Tibi profanum pectus, inhospita
Massiliani vipera climatis
Fibrasq; tinxit: & stupentes,
Vel Pharij sanie draconis,
Vel execrando felle Libystidis,
Illeuit vrsæ, cum malè barbaris
Venas medulis. Nam quid amplas
Et Procerum, & populi iuuabit
Referre cædes? quid Cracij Patris,
Quem sanctiori Mitra serenior
Accendit argento, & Latinis
Grande pedum radians Smaragdis,
Hic inde, molli stamine pendulas,
(Longè eminentis vincula verticis)
A fronte suspendisse vittas,
Et facili religasse canos
Gratatur auro: quid iuuat impios,
Iustè ferocis verbere pectinis
Punire mores? & Paternam
Emeriti Gedeonis iram,
In se reducto dicere carmine?
Excede regno: quasuè seuerior
Minaris, experire pœnas;
Et Craciæ grauis exul arci,
Hoc in Poloni cespite Carpati,
Vngue, aut seueri vulnere pollicis,
Incide carmen. Quas Tyrannus
Accumulat; subit ipse pœnas.

CASIMIRVS IVSTVS.

NAm quod aliud agnomen,
Poſt iniquiſsima Mieciſlai imperia ſortiretur?
Ita iam Mieciſlao aſſueuerant oppreſsi Ciues;
Vt cùm Regem dicere vellent, Tyrannum appellarent.
Aboleuit, indignam Rege appellationem, Caſimirus;
Et Perſonæ, non muneris, aut ſanguinis, illud fuiſſe docuit.
Sanè *Iuſtitia Regis, pax eſt populorum.*
Hæc ſola (teſte Tullio) *fundamentum eſt perpetuæ commendationis.*
Sine hac in Principum factis, nihil poteſt eſſe laudabile.
At verò, tituli huius maieſtatem,
Illi maximè Tribunali Caſimirus debuit;
In quo ſeipſum LÆSÆ MAIESTATIS ſuæ, REVM pronuntiauit.
Impacto à colluſore Equite, colapho,
Dum percuſſor omnium votis damnaretur;
Percuſsi Principis ſuffragio, abſolutus eſt.
Doctum ſe eo pacto aſſerebat Caſimirus,
Solium nunquam infra ſubditorum manus inclinandum.
Errat, quiſquis Principum, eò vſq; ſe ad ſuos demittit,
Quò popularis iniuria, poſſit adrepere.
Ita reo, feliciùs in Tribunali, quàm in ludo, iactâ aleâ;
Ingentem ex ea alapa, plauſum, tulit Caſimirus.
In primo Honoris aditu laudem clementiæ adeptus,
Inſigni lenitate omnium in ſe amores erexit.
Nihil, quippe, *tam deforme eſt,*
Quàm ad ſupremum Imperium, etiam acerbitatem naturæ adiungere.
Splendidè errat, quiſquis nimia Principum ſeueritate,
Maieſtati

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Maiestati auctoritatem posse conciliari existimat.
Nullâ re magis vulgarem staturam excedunt Principes,
Quam Humanitate & Clementiâ.
Hos inter polos totam Principatus sui molem
Circumagens Casimirus,
Ejecto Fratri, Leges eiusdem iniquissimas, adiecit:
Et ne absens etiam à Ciuibus sentiretur;
Omne id quod liberam gentem grauaret, abrogauit.
Effrenem magistratuum licentiam,
Non magis è Paternis legibus, coercuit, quam è suis.
Profligatissimos Potentiorum mores,
Et impotentem in subditos, dominatum,
E suo correxit Prototypo:
Dignissimus quem sui omnes imitarentur.
Omninò Imperium exorsurus à Capite;
Seditiosorum turbulenta capita, ferro abstulit.
Hoc est, pernicioſarum Reipublicæ cogitationum
Pestilentem officinam, euertit.
Semel seuerus, ne semper esse cogeretur.
Nec ideò Tyrannum dixeris.
Nemo Medicorum Tyrannus audijt,
Cum putido sanguine tumentes venas, incidi iubet.
Iustus Princeps, dum pœnas à rebellibus repetit,
Illud beneficij flagitiosissimis quibusq; impertitur:
Vt dici possint pro Patria cecidisse, qui contra eam steterant.
Ita Casimiro, Iustissimo, pariterque Clementissimo Principi
Regnorum Pacatrix Iustitia,
Non bilancem solùm tradidit, sed & gladium.

Eo

Eo tamen ille modeſtiſsimè vſus;
Eâ dexteritate, quà ſuos, quà exteros cohibuit,
Vt laudem Clementiæ, ex integro retineret.
Parum erat in diſcolos Ciues, beneficia diſpenſare:
In hoſtes etiam beneficus eſſe voluit.
Quippe liberalitate feliciùs dimicans, quàm armis;
E Vladiſlao Fratre, Volodimiro hoſte, rebellibus ſubditis,
Toties victor, ſeu Laureas, ſeu Oleas tulit.
Pruſsiam, Pomeraniamque donatâ veniâ:
Ruſsiam vindice ferro, ſemel atque iterum in pedes deiecit.
Vtramque tamen munificâ ſolij ſui vmbrâ beneuolus protexit:
Adeò, vt vinci à Caſimiro, nulli fuerit non optandum.
Et quia, *habere Regnum caſus eſt, virtus dare*:
Ne vllam de virtute bene merendi occaſionem negligeret;
Mieciſlao, Halicienſium Duci, Ducalem Titulum,
Vi & armis repoſuit.
Ne Poloniæ, illi quoque milites deeſſent,
Quos Antiquitas, IMMORTALES appellauit;
D. FLORIANVM, ſub ſigna ſua, Princeps Religioſiſsim⁹, inuitauit.
Et quidem, ſuo in nomine, floridus Chriſti Miles,
Cùm à Romano Præſule, optio ſacris daretur Martyribus;
Exporrectâ è ſarcophago, (occaſionem arripiente) manu,
Vltrò in expeditionem hanc duci voluit.
Stipulatâ planè manu Regnum noſtrum propugnaturus:
Auxiliarem Poloniæ Dexteram, iam abhinc extulit.
Meminerat, D Martyr, olim corpus ſuum ab Aquila ſeruatum:
Pari beneficio obſequium remuneraturus;
Ille quoque nunc pro Aquila excubat.
Meruerat tot facinoribus non vnam Olympicam Caſimirus:
Sed,

Digitized by Google

Sed quia *minùs ſperata felicitas, magis ſapit;*
In feſtiuo conuiuio, de animorum immortalitate præfatus,
Subitâ morte opprimitur:
Illius, de qua ſermonem inſtauraverat; Immortalitatis,
Et Aſſertor & Heres.
Quis ſuæ in poſterum Fortunæ fidem habeat?
Cùm & ipſæ Hederæ, tam ſubitò abeunt in Cupreſſos.
Elatus eſt quarta ab obitu die,
Et tandem Iuſto, Iuſta perſoluta.
Anno morientis Dei, M. CXCV. Regni ſui XVII.

CASIMIRO IVSTO
PANEGYRIS LYRICA.
ODE XI.

NOn Tauricano liuida ſanguine,
Non à Gelonis ſordida cædibus,
Et tela clarabunt, & arma
Innocuum ſine cæde Regem.

Non ſumptuoſis ædibus illita
Templisq; gemmæ, non Mareotico
Coruſcus argento; & ſerenus
Artifices tholus inter ignes.

Non ara; ſed frons mitior aſpici,
Plenaq; lucens fronte meridies:
Leporq; malarum; & quieti
Ver animi, capitisq; ſudum.

Hâc arte quondam, Sarmaticæ decus
Honorq́; gentis; ſe Lechicas ſuper
Attollit oras; obſequentis
Præſidium Caſimirus orbis.
At non vel iræ, vel lituì impotens,
Vel iuſtiorum (diſcite poſteri)
Ignauus armorum, ſceleſtos
Roſſiaci Chalybes Gradiui,
Ferebat impunè. Halicienſia,
Et fœderatæ claſſica Pruſſiæ,
Infregit; ac fruſtra minacem
Roſſe tui cuneum furoris.
Ille in vetuſtæ templa Clepardiæ,
Suo, nec olim, nomine floridum
Induxit athletam: & decora
Diue, ſuo tibi, FLORIANE
Sacrauit auro pergama, & aureos
Incendit ignes. Hunc Soleouij
Lareſq́;, Templorumq́; cultus,
Hunc vitreo canit ore Pilcza.
Hunc Candor & Pax, & violabili
Exempta leto gloria, viuidis
Inſcribit in ſtellis: tyrannus
Hoc, didicit, Duce, Mars cruento
Carere ferro. Tutiùs imperat
Quietus enſis. tutiùs innocens
Chalybſque, Maieſtaſque lætos
Imperio populos cõércet.

LESCO

Digitized by Google

LESCO ALBVS.

AB ipso animi Candore dictum crederes:
Ac Elogium istud, indolis fuisse, non pili.
Sed à capillis dictum ferunt.
Innocenti hâc comarum niue, aspersus caput, in lucem prodijt:
Diceres, Candidatum caput,
Ab ipsa Natura, initiatum, ad Coronam:
Vel maturam morum canitiē, in præcocibus canis adumbratam.
Puer, Patre Casimiro, orbatus,
Pænè bullam, in pullam vestem commutauit.
Ephebo Principi, diadema delatum,
Non satis tutò, manibus Tutorum tenebatur.
Et verò, facilè hinc eripi potuit.
Aureis telis, excussum è manibus aurum;
Vanis pollicitationibus, labefactata fides;
Miecislao, Lesconis diadema, seu detulit, seu concessit.
Ter igitur ereptum, ter redditum:
Crederes, Puero, Principi, toties Fortunam colludere voluisse.
HELENA Matre genitus, Lesco,
Et Fortunæ, & ipsiusmet Matris genio,
Esse non potuit CONSTANTINVS.
Dum per ætatem, non minùs ex Matris arbitrio pendet,
Quàm olim puer ex gremio:
Pertinaci Fatorum inconstantiæ, toties patuit.
Fraudibus potentior Miecislaus, quàm armis;

Dum Leoninis exuuijs tectus, nihil proficit;
Ad vulpinas confugit.
Armis primùm, ab ambito imperio repulſus,
Vanis pollicitationibus credulum, fæminæ genium, expugnauit:
Et quàm ſplendidè promiſit, tàm impudenter fefellit.
Ita *ſæpè Fæminæ dum alienis artibus patent,*
Ianuam Fortunæ venienti occludunt; aperiunt fugienti.
Non defuit tamen filio poſthumum Caſimiri ſubſidium:
Qui meliùs in ſuorum animis, viuax; quàm in tumulo mortuus;
Superſtite, in Ciuium gratis pectoribus, meritorum memoriâ,
Vxori, & Filio, præſentem opem tulit.
Tertiò, Regno pulſus, aut veriùs excluſus Mieciſlaus,
Ad artes iterum ſuas reuertitur:
Et lupinæ indoli, vulpinas iterum pelles aſſuit.
Auariſsimus aliàs, Optimatum animos auro expugnat,
Et aureis compedibus mancipat Libertatem.
Nihil magis timendum, quàm auaritia, dum prodigit.
At verò, *facilis eſt Liberalitas de ablatis.*
De alieno largus Mieciſlaus, non de ſuo,
Quidquid è pauperum marſupijs emunxerat,
In ditiores largiebatur.
Hoc nimirum erat arenti terræ, aquam ſubtrahere;
Flumina irrigare.
Præſtat nihil largiri Principem, dum auferat nihil.
Indignùm eſt caſas pauperum euerti, vt Principum domus conſtruantur.
Non benè cedunt in paucorum lucra, multorum diſpendia.
Verùm, *quando Regnũ venale eſt, & Optimates ad negotiandum parati,*
Iniquiſſimum alioqui pretium, pro lucro eſt.
Iterum ergò alienarum fraudium incapax Helena,

Dum

Dum emptum Principatum, seq; cum Filio venditam ignorat:
Dum, inquam, credit omnia, & omnia timet;
Pænè amisit omnia.
Adeò *intutùm est, manibus illis Fasces committere;*
Quibus, Fata & Natura colum transcripsêre.
Rarò Fœmina, etiam si optimè velit, benè sapit.
Demùm è viuis sublato Miecislao;
Post tot Fatorum, seu documenta, seu ludibria;
Imperium ad Lesconem postliminio reuertitur.
Eo nunquam ille, dignior iudicatus,
Quàm cum malè oblatum, benè repudiasset.
Pessimis legib⁹, ab impotẽti Priuatorum genio circumscriptum,
Reijcere maluit, magnanimus; quàm admittere improuidus.
Id est, Regnare noluit, ne seruitet.
Malam ibi Imperantium sortem arbitratus,
Vbi optimè de Principe meritis, adeò esset malè.
Ergò ne innatam animi magnitudinem,
Arctis adeò conditionibus manciparet;
Angustioribus sortis suæ finibus contentus,
Maximum, magni Principatûs specimen, priuat⁹ pænè, exhibuit.
Demissius Solium, suis virtutibus attollens;
Et Imperio staturam auxit, & Solio.
Romanum, Halicienſium à se creatum Ducem,
Haud Romanâ, sed fide Græcâ,
Non minùs sibi, quàm Romanis Ritibus infensum,
Per violata fœdera, & calcata beneficia,
Prouincias suas inuadentem;
Cruento prælio, victor Lesco, repressit.

Bona victoria pars est, bonam causam in aciem eduxisse.
Hostium ingratissimum, ipsa Lesci beneficentia, debellauit.
Ingratitudinis huius fontem quæris?
In ipsius illum, Lesci manibus ostendo.
Dum nimijs beneficijs Romanum onerat, ipsemet fecit ingratũ
Nempe, *beneficia, eò vsq; lata sunt, dum videntur exolui posse.*
Vbi meritum vicêre · pro gratia, odium redditur.
Plerique debere beneficium, iniuriam putant.
Adeò, *vt tutiùs videatur quosdam offendere, quàm demeruisse.*
Argumentum nihil debentium, odio quærunt.
Sed non erat difficilè eum armis vincere,
Qui beneficijs vinci noluit, aut victum se dissimulauit.
Ne Romanus à deuicta in Polonia Romanâ fide,
(Vt olim Africanus, à subacta Africa)
Nomen illud sortitus fuisse videretur;
Lesconis Fortunâ effectum est.
Multis vulneribus confossus, Romanus,
Immemorem beneficiorum animum, per tot rimas euomuit.
Nusquam se tutum ab insequentibus Polonis ratus;
Ad ipsum Tartarum, è præcipiti fuga, delatus est.
Tam palmari victoriâ, potitus Lesco;
Multò plura, quàm quæsierat, inuenit.
Eâdem clade, deuictis inuidorum animis:
Per lauros, ad debitum sibi Thronum,
Triumphalem planè gradum fecit.
Eo imperante accensus, in Oriente Cometes,
Incendiarias Tartarorum cohortes.
Tunc primùm, Anno insequenti, finibus nostris illatas,

Toti

Toti Septemtrioni, fatali crine, portendit.
Nunquam illi tamen viuente Lesco, Poloniæ cogniti;
Spatium, benè de suis merendi, optimo Principi, concessêre.
Post assertam bello & armis pacem,
Legum Patriarum, & vindex, & Assertor;
Clarè docuit:
Casimiri Iusti, non solùm Heredem se fuisse, sed & æmulum.
Ipsius Clementiæ manibus, Iustitiæ bilancem moderatus:
Nec auro grauatam, nec ferro;
Paribus vtrinque momentis librauit.
Nec sontes impunitos, nec insontes impunè oppressos passus;
Vtriusque virtutis apicem obtinuit.
Æquè bonis gratus; ac iniquis formidabilis;
Et nulli, nisi pessimo malus.
Felix erat Polonia,
Si tantis virtutibus, constans Fortuna fauisset.
Sed heu! dum fædifragos Suetopelci conatus,
Sine armorum strepitu opprimere nititur;
Callidè circumuentus est.
Plus valuit apud impium Suetopelci animum
Leuis offensæ sensus,
Quàm ingens beneficiorum magnitudo.
Sic enim *rerum Natura fert,*
Vt facilius excidant animo, maxima beneficia,
Quàm leues, alioqui, iniuriæ,
In omni Fortuna, procluior est malorum memoria.

Tam

Tam malè tutus, quàm non bene tectus Boleſlaus,
Balneo tunc vtebatur, feralibus planè vndis tingendus.
Hoſtes adeſſe ſentiens, fugam imprimis circumſpexit:
Non tam vt fugeret: quàm vt patentiorem campum,
Tutelæ ſuæ inueniret.
Sed cùm ne hæc quidem ſemita, vitæ ſeruandæ apta eſſet;
Seminudus, & ſolà animi magnitudine tectus.
Cùm armatis ſtrenuè dimicãs, in acie, veriùs in arena, occubuit.
Ita, nulla Maieſtas caſibus excipitur.
Nihil felicibus æquè cogitandum eſt;
Quàm quod poſſint eſſe infelices.
Quanquam vix infelicem Leſconis exitum dicere poſſumus,
Quem ita & virtus ſua, & alienum ſcelus nobilitauit.
Suam quoq; Heroum interitus felicitatèm habet.
Siue Naturam, ſiue virtutem attendimus, vtrinq; ſecuri ſunt:
Quibus Virtus mortem glorioſam,
Natura non infamem facit.

LESCONI ALBO
PANEGYRIS LYRICA,
ODE XII.

NEc te Latina carmina tibia
Leſco tacebunt. Te ſuper aureas
Lucina demirata cunas,
Sarmaticos ſtupet inter enſes.

Te noſtra

Digitized by Google

Te noſtra quondam, dum tenero puer,
Paterna fletu funera diluis,
Paruiſq́ vix notum dolorem
Fles lacrymis; cupido Corona
Inuaſit auro. Te tamen ilicet,
Nuper Polonis pulſus ab Infulis,
Sceptroq́, priuatuſq́ Mitrâ,
Ingenita fugat arte fraudis,
Profanus exul. Ter tibi Regios,
Laſciuienti ludere pertinax
Fortuna ludo; & inquieta
Mima ſpei, dubijſq́ ludens
Fortuna ſceptris; ter tibi Regios,
Fruſtra iocanti ſurripuit manu
Faſceſq́, Mitraſq́, & Paterno
Cæſariem viduauit oſtro.
Ter rurſus aurum, ter tibi Regios
Fideliori reſtituit manu,
Faſceſq́, Mitraſq́, & regeſto
Cæſariem irradiauit oſtro.
Nam quid vel artes, vel malè callida
Fraus, & ſceleſtis Spebus auarior
Poſſet Mieciſlai libido,
Et medios dolus inter hoſtes,
Contra modeſti tempora Principis
Regniq́ Fatum? pellitur ilicet
Inſana Sceptrorum Charybdis,
Et meritas perit inter vmbras.
Tu verò grandi fortior impetu;
Certus Coronæ, nec dubius Spei,

Et bella fer Princeps, & arma,
Et rigido pharetram, latuſq;
Accinge ferro. iam tibi diuitis
Dux præliares, Halicia, dies
Romanus, indicit, minaci
Spe rapidos acuens mucrones.
Quà Zauichoſti mœnia lubricis,
Lurco minorum Viſtula fluminum
Amplexus vlnis, contumaces
E vitreo vomit ore fluctus.
Iam bellicoſis littora contegit
Romanus armis. Stant acies retrò,
Stant ſigna; ſtat latè refundens
Roxiacas Equitatus alas.
At, non ſat amplis caſtra recenſuit
Dux ille turmis, quem Nemeſis propè,
Diuiſque vindices, & acri,
Spreta Fides, ſequitur furore.
Qui iuſtiori tela capit manu
Dux, ille vincit. *Spernite Principes,*
Equoſq;, turmaſq;; æuiternos
Quiſque ſibi, meliore Causâ
Emit triumphos. *hâc duce corruit*
Deuota rupto victima Fœderi,
Herbamq; porrigens, Polonos
Innumeris cumulat ſepulchris.
Romanus agros. Iam fugientium
Obuerſa retrò terga iocantibus
Irridet vndis, qui profanos
Voluit adhuc cineres, & haſtas,

Lauatq;

BOLESLAVS
PVDICVS

Lauatq; turpi, Viſtula, ſordidas
Cruore peltas. Iam tibi ſupplices
O Leſco; porrexiſſet vmbras,
Laurigeri diadema ſerti;
Ni Suatopelci fraus malè callidis,
Lauro, Cupreſſos ſufficeret dolis;
Tantumq; pro dolor! Polonæ
Surriperet columen Tiaræ.
Sic eſt, ſupremas quæ dedit, auferet
Fortuna Mitras. nil ſolidum diu
Stetit: perenniuſque paſsim
Eſſe nequit, quod erat beatum.

BOLESLAVS PVDICVS.

HActenus in Polonia priuatus vixeris,
Verecunde Pudor:
Iam ad ipſa Regum Solia, te duco.
Eſto enim ſuam, verecundia Coronam deferat Æternitas;
In terris tamen, vt plurimùm, virtus plebeia eſt.
Inuidiſtis ea ſpectacula Superis, Mortales,
Vt de thalamis Lilia aſſurgerent:
Dicamné etiam? è Regum Solijs!
Affine quiddam Phœnici eſt, Pudor in Purpura.

Vtrumque tamen, nexu pulcherrimo, Boleſlaus copulauit.
Adſcitâ in Ducalis thori ſociam
Kunegunde, Hungariæ Regis filia,
Non omninò frequens miraculum Orbi in ſcenam dedêre;
CONIVGES VIRGINES, adde etiam, REGES.
At verò pretioſus hic Regni noſtri vnio,
Bellica inter fulgura educatus:
Vtroque Patruorum, Henrico & Conrado,
Parricidalibus armis, de pupilli Nepotis tutela decernentibus;
Intra concham ſuam, aliquandiu latuit.
Patre amiſſo, pænè Principatum amiſit.
Quem dum plures ei conſeruare nituntur, propè perdiderunt.
Ita, *Tutorum tutela, rarò tuta:*
Et *non fruſtra iam olim, CVRÆ PATRVORVM, ſuſpecta.*
Iniquiſsimo Conradi Patrui bello preſſus,
Ad Belam Hungariæ Regem recurrit;
Atque contra iniuſtas cognatæ Bellonæ faces,
Fauſtas Regalis Hymænei, tædas adſciſcit,
Non tam Kingæ nupturus, quàm Virginitati.
Nec ſanè, non bonâ dote, Kunegundis, Boleſlao elocata.
Inter alia, quibus non ditiorem magis,
Quàm beatiorem Poloniam fecit; illud erat.
Sapientibus Virginibus omninò accenſenda,
Impetrato à Deo veriùs, quàm à Patre, metallico ſale;
Vniuerſam condiuit Poloniam.
Ita noua damna, nouis commodis ſarciente Numine;
Tranſlati ex alieno Regno, tot theſauris, feti montes,
Sanctiſsimos Coniuges,

Supra

Supra communem mortalium ſortem extulêre.
Porrò Boleſlaus, ter Regno potitus, ter exactus;
Parem magnis virtutibus Fortunam, nunquam habuit.
Etſi enim *vtraq; Dea huius facies, æquè bonis, ac malis, communis eſt:*
Sæpè tamen, *Optimis peſſima, peſſimis optima eueniunt:*
Vt cæcam eſſe Fortunam, niſi cæci ſimus, agnoſcamus.
Ergò cum Religioſiſsimi Herois, virtutibus infenſus Tartarus,
Non re minùs, quàm nomine affinium ſibi Tartarorum,
Tartareas planè furias Regno immiſiſſet:
Iterum tot malis, ſub AVREO MALO, medelam facturus;
Tantiſper, in affine, ſibi Vngaria, delituit:
Si vſpiam magna virtus latere poteſt.
Vſque adeò, Aureo Principi, Ferreum planè Sæculum,
Fata obtrusêre.
Abſente Principe, omnia in Patriam mala incubuerunt.
Rarò, enim, ſolitaria incedunt, magna infortunia.
Præcipitant, vbi ſemel cæpêre.
Nec vnus ſolùm lapis ruina eſt.
Ita tum in Polonia, facilè quæ ruebant, labebantur.
Inundationes barbarorum, ſubſecutæ inundationes fluminum.
Tot armorum diram meſſem, ingens fames comitata;
Hoſtium gladij, peſtiferæ mortis falci prælusêre.
Omnibus diro pauore conſternatis, concuſſa tremuit terra.
Diceres eam, incolarum ſuorum fugam, ſubſequi conatam,
E centro propè iam ſuo exire voluiſſe;
Aut tantis grauatam malis, ſub pondere laboraſſe:
Omninò ruituram, ſi quò caderet habuiſſet.
Flebilis vbiq; rerum ac Regni facies.

Poſt tot incendiorum fatales fumos, ad cineres condemnata.
Ipſæ Aræ, in focos verſæ; ipſi Diui, fanis exuti.
Vt verò communem cum cœlo Cauſam
Polonos habere aduerteres:
Multis fluminibus cæſorum ſanguine cruentatis,
E Cœlo quoque ſanguinea pluria, liberaliter fluxit.
Diceres, ijſdem nobiſcum vulneribus, cœlum affectum:
Aut tot inſontium ſanguinem, cœlo receptum,
Patrio iterum ſolo, à gratis nubibus redhibitum.
Ego tantum Fatorum apparatum, huc incubuiſſe crediderim;
Vt imminuto Ciuium numero, vnicus legeretur, qui imperaret.
Nimirum, inter plures Principes tunc diuiſa,
Facilè tot finitimorum rapinis patuit Polonia.
At enim, *vbiq; vnita Regni vis fortior.*
Dum ſinguli pugnant, vincuntur vniuerſi.
Maxima quæq; flumina, in plures alueos diſſipata,
Vires nomenque amittunt.
Vaſtatis vbique, ac ſolo æquatis Prouincijs,
Plurima à barbaris præda è Patria, vitâque abacta eſt.
Crederes tamen, tantam hominum pecorumque ſtragem,
Multo fenore, Superos, ſarcire voluiſſe.
Nam eodem tempore, & nobilis Matrona
Triginta ſex pueros, vno partu effudit.
Et vitulus biceps, ſeptem pedibus, inter viuos prodijt.
Monſtra quidem hæc tunc vocabantur, & erant:
Sed ſolicita quædam, Naturæ ſemet ſeruare nitentis,
Opera videri poterant.
Habuit iam nomini ſuo concolorem Poloniam Boleſlaus:
Et quia tantam hoſtium multitudinem armis non potuit,
Virtute

Digitized by Google

Virtute ſuperauit.

Caue, tot inter infortunia infelicem dixeris.

Benè conſtitutus animus, etiam inter aduerſa felix eſt.

Vt plericq, inter plurima Fortunæ bona, miſeri:

Ita alij inter infortunia cenſentur fortunati.

Res intima Felicitas eſt. nihil extraneum reſpicit.

Hàc duce & auſpice, egregia Pudici virtus,

Etiam ſine Fortuna felix fuit.

Hinc ſumma in viuos Diuoſque liberalitas:

Templa cœlo ſuo iterum propiùs admota;

Publica, priuataque ædificia, reſtituta:

Hominum ac Diuorum domicilia, tot incendijs non deleta, non obruta,

Sed expiata (Flori, florem legis) *ac illuſtrata.*

Ne verò hoſtium, ac temporum, ſuique imprimis

Victor Boleslaus,

Bellicis quoque careret laureis:

Ruſsiam, Sileſiam, Morauiam,

Armis, victorijs, Incendijs funeſtauit.

Iazygas, vnicâ pugnâ ad ipſius nominis internecionem, deletos;

Tartaros, è finibus ſuis, paruâ manu, eiectos;

Iam olim erectis de ſe Trophæis adiecit.

Rebelles ſeditioſorum Ciuium animos,

Quos Clementiâ non poterat, armis ſubegit.

Optimo Principibus documento;

Turbulenta Ciuilium ſeditionum capita,

Ferro, quandoq, faciliùs domari, quàm auro.

Plericq

Plerique dum timere desinunt, odisse incipiunt.
In perire obstinatos, pusilli animi est, inconsulta miseratio.
Si vspiam alibi: hic, maximè sæuit, qui parcit.

Tandem post tot Lauros, Palmas, & Oleas,
Securiùs splendidiùsque triumphaturus,
Cœleste Capitolium ingressus est.
Fatum eius, mediâ nocte, insuetâ luce cœlũ renidens portendit.
Vt eum vel tum cùm Æternitati renascereturr,
Non TENEBRARVM, sed LVCIS Filium agnoscerres.
Exactis in Principatu annis quinquaginta duobus,
Ad numerandam Immortalitatis dotem,
Kingam suam præcessit.
Quos Posteros reliquerit, PVDICVS, æstimabis facilè,
Si multos hodie in Aulis videas PVDICOS.
Abijt ad Pudicitiæ Coronam euocatus
Anno à Partu Virginis, M. CC. LXXVIII.

BOLESLAO PVDICO
PANEGYRIS LYRICA.
ODE XIII.

QVà parte cæli, Sarmaticos super,
Pudice, campos, prospicis, aureæ
E luce rimæ? quà Polonos
Igne nouo radians Triones
Mersum coruscâ luminis Iride
Complexus orbem, stelligeris procul

E luce

Metiris vlnis! ò Polonæ
Prodigiumq́, decuſq́, Famæ!
Sèu te Lechei Climatis, atrium
Non pœnitendis, occupat ignibus:
Sèu grande Terrarum peroſus
Hoſpitium, meliore ſtellæ
Iucundus hoſpes, deligis omine:
Sèu te, fauentûm gratia ſiderum,
Hinc, inde, certatim ſupinâ
Alliciunt, reuocantq́ flammâ;
Sèu Martiales, grande ſuper, Lechos
Accenſus aſtrum, deſpicis arduas
Letiq́, Fatorumq́ rixas,
Et dubium propè ſtare certo
In axe mundum: sèu tibi Patrijs
Sol digniori, iam minor æmulo,
Deceſſit è rotis; ſuoq́
Igne caput, radioſq́ fulua
Exutus igni: iam tibi ſubdita
Hinc inde, latis ſidera nutibus,
Cœliq́ & Aſtrorum relinquens
Imperium, famulo Tiarans
Illuſtrat auro: quà propior Deo,
Cognata caſtæ ſidera Coniugis;
Kingæq́ vicinum Planetam
Alloqueris, Lechicaſq́ vobis,
Latè coactæ nubis ab agmine
Monſtratis ædes, ne tibi ſupplices
Chordaſq́, Vocaleſq́ neruos,
Ne Lechici metra temne plectri.

Te liberali Relligio manu,
Quanquam cruentis trux Geta cædibus,
Regnumq; Regalesq; latè
Sanguineâ tibi clade quondam
Fœdauit oras; te Superum potens
Cultus, nec vllâ se speciosiùs
A parte sustulisse virtus
Ausa, super niueos reclinem
Euexit orbes; Te impatiens regi,
Domesticorum bellua motuum,
Transiuit immunem, ac Pudicum
Ipse Furor, veneratus aurum,
Tibi feroces, sæpè stupentibus
Astris, & omni lumine siderum,
Submisit alas, ac minacem
Sub pedibus cicurauit iram.
O! & Polonos nunc etiam super
Adsiste campos! sæpèq; proximam
Locutus ad Kingam, modestos
Principibus, populoq; mites
Precare mores. dum socialibus
Ter manè, quin & ter tibi vespere
Cantamus auris; & tacentes
Voce tuâ recreamus agros.

LESCO

Digitized by Google

167
LESCVS NIGER

LESCO NIGER.

AVgusta Boleslauianæ Beatitatis Appendix.
Plus ne huic dederit? an debuerit? iure dubites.
A carente Heredibus Pudico,
In Fortunæ & gloriæ hereditatem adscitus;
Vtriusque nec impos, nec impotens;
Patrui suffragio non leue pondus, benè imperando, adiecit.
Auro primùm, mox lauro coronatus,
Militarem galeam, vnâ cum Ducali Tiara induit.
Nescias, vtri magis vixerit?
Nisi quod hanc aliquoties, ei Fortunæ turbo decusserit.
Polono Herculi primum inter hostes Leonem fata obiecêre.
Nequaquam hic, Nemeo illo inferior, immò ferior;
Ipsâ nominis sui laruâ, nulli non formidandus;
Ingenti Russorum, Tartarorum, ac Lituanorum exercitu,
Numerosas è Polonia prædas agebat.
Si vspiam alibi, hîc, rapaci Ex VNGVE, LEONEM agnoscceres.
Assurgit contra fatale nomen, impauidus Lesco;
Iudice ferro decreturus,
Sempernè adeò splendidis nominibus par virtus inesset?
Sed ah! *quoties, pulchra nomina turpiter mentiuntur.*
Hominibus Fata militant, non Nominibus.
Felicior Prædator, quàm Præliator, Leo,
Nunquam in Solem prodire ausus;
In concolores vultui, & animo tenebras refugit.

Furentem Leonem, militaris Polonorum flamma exterruit.
Obuersâ, grauiterque impulsâ Bellonæ rotâ, fugatus,
Fidem Plinij, apud Posteros liberauit,
Asserentis, flammâ & rotarum impulsu, Leones terreri.
Trepidarunt, DVCE quantumlibet LEONE, fugaces CERVI.
Omni robore & animo, ad pedes translato;
Intra spelea sua, feræ omninò feræ, se tenuerunt.
Neque hîc tamen, omnes Iusti Martis iræ consumptæ.
Secundæ palmæ pignus, prima dedit.
Vnius victoriæ finis, gradus alterius fuit.
Instandum, quippe, *est recenti Famæ.*
Prout prima cesserunt, sæpè fiunt vniuersa.
Dum pacatis Ciuibus, iura victor Lesco edicit;
E Castro, ad Castra euocatur.
Ergò Themidis gladio, in Bellonæ manus translato,
Vibratum in nocentes ferrum; in nocentiores hostes obuertit:
Illos quoque iustæ Nemesi immolaturus.
Belli huius euentum quæris?
Cuius auspicijs initum fuerit, edisce.
Namque, dum oculatiori vigilijs suis somno,
Ægrè excubantes oculos, fessus Lesco submittit;
Ipsius, Cœlestis militiæ Imperatoris, visu & voce animatus,
Non tam ad pugnam euigilat, quàm ad victoriam.
Ducis prærogatiuâ, in gregarij officium permutatâ;
Sub D. MICHAELIS ductu, & imperio militauit.
Pugnatum est acerrimè;
Ipso cœlo contra impiam gentem militante.

At verò

At verò victor Lesco, memor cuius auspicijs vicisset,
Plura, tam palmaris victoriæ Trophæa, erexit.
Hostibus, hostiarum loco immolatis;
Victoriæ suæ auspici, Diuo MICHAELI,
Lublini Basilicam ædem excitauit.
Si modernam Regni nostri faciem aspicimus;
Illud tum ab inscio Lescone, Lublini actum est:
Vt Supremo Regni nostri Tribunali
Non sola Iustitia,
Sed Cœlestis quoque fori Arbiter,
Suam cum gladio Libram præferat:
Illudque pro Regno nostro excubans, sæpiùs inculcet,
QVIS VT DEVS?
Tot victorijs in Hostico relatis,
Plures etiam Palmas, & Oleas domi nexuit.
Ciuili bello, in ipsis cunis feliciter præfocato;
Tot meruit Ciuicas,
Quot perire volentes, seruauit Ciues.
Qui tot gratijs ingrati, Seruatorem suum Regno spoliarunt.
Vt enim, *Liberaliore annonâ, cicures aliàs feræ, insolescunt*;
Ita, *pleroſq; largiora Principum beneficia efferarunt.*
A suis igitur pulsus; ab exteris reductus;
Victo, fugatoque æmulo,
Iterum Ciuibus suis, non vnum supplicium commeritis,
Supplicibus, vitam dedit.

Poſt tot incendiorum fatales fumos, ad cineres condemnata.
Ipſæ Aræ, in focos verſæ; ipſi Diui, fanis exuti.
Vt verò communem cum cœlo Cauſam
Polonos habere aduerteres:
Multis fluminibus cæſorum ſanguine cruentatis,
E Cœlo quoque ſanguinea pluria, liberaliter fluxit.
Diceres, ijſdem nobiſcum vulneribus, cœlum affectum:
Aut tot inſontium ſanguinem, cœlo receptum,
Patrio iterum ſolo, à gratis nubibus redhibitum.
Ego tantum Fatorum apparatum, huc incubuiſſe crediderim;
Vt imminuto Ciuium numero, vnicus legereturqui imperaret.
Nimirum, inter plures Principes tunc diuiſa,
Facilè tot finitimorum rapinis patuit Polonia.
At enim, *vbiq; vnita Regni vis fortior.*
Dum ſinguli pugnant, vincuntur vniuerſi.
Maxima quæq; flumina, in plures alueos diſſipata,
Vires nomenque amittunt.
Vaſtatis vbique, ac ſolo æquatis Prouincijs,
Plurima à barbaris præda è Patria, vitâque abacta eſt.
Crederes tamen, tantam hominum pecorumque ſtragem,
Multo fenore, Superos, ſarcire voluiſſe.
Nam eodem tempore, & nobilis Matrona
Triginta ſex pueros, vno partu effudit.
Et vitulus biceps, ſeptem pedibus, inter viuos prodijt.
Monſtra quidem hæc tunc vocabantur, & erant:
Sed ſolicita quædam, Naturæ ſemet ſeruare nitentis,
Opera videri poterant.
Habuit iam nomini ſuo concolorem Poloniam Boleſlaus:
Et quia tantam hoſtium multitudinem armis non potuit,
Virtute

Virtute ſuperauit.

Caue, tot inter infortunia infelicem dixeris.

Benè conſtitutus animus, etiam inter aduerſa felix eſt.

Vt plerique, inter plurima Fortunæ bona, miſeri:

Ita alij inter infortunia cenſentur fortunati.

Res intima Felicitas eſt. nihil extraneum reſpicit.

Hàc duce & auſpice, egregia Pudici virtus,

Etiam ſine Fortuna felix fuit.

Hinc ſumma in viuos Diuoſque liberalitas:

Templa cœlo ſuo iterum propiùs admota;

Publica, priuataque ædificia, reſtituta:

Hominum ac Diuorum domicilia, tot incendijs non deleta, non obruta,

Sed expiata (Flori, florem legis) *ac illuſtrata.*

Ne verò hoſtium, ac temporum, ſuique imprimis

Victor Boleslaus,

Bellicis quoque careret laureis:

Ruſsiam, Sileſiam, Morauiam,

Armis, victorijs, Incendijs funeſtauit.

Iazygas, vnicâ pugnâ ad ipſius nominis internecionem, deletos;

Tartaros, è finibus ſuis, paruâ manu, eiectos;

Iam olim erectis de ſe Trophæis adiecit.

Rebelles ſeditioſorum Ciuium animos,

Quos Clementiâ non poterat, armis ſubegit.

Optimo Principibus documento;

Turbulenta Ciuilium ſeditionum capita,

Ferro, quandoque, faciliùs domari, quàm auro.

Plerique

Pleriq; dum timere desinunt, odisse incipiunt.
In perire obstinatos, pusilli animi est, inconsulta miseratio.
Si vspiam alibi: hic, maximè sæuit, qui parcit.
Tandem post tot Lauros, Palmas, & Oleas,
Securiùs splendidiùsque triumphaturus,
Cœleste Capitolium ingressus est.
Fatum eius, mediâ nocte, insuetâ luce cœlũ renidens portendit.
Vt eum vel tum cùm Æternitati renascereturr,
Non TENEBRARVM, sed LVCIS Filium agnoscerres.
Exactis in Principatu annis quinquaginta duobus,
Ad numerandam Immortalitatis dotem,
Kingam suam præcessit.
Quos Posteros reliquerit, PVDICVS, æstimabis facilè,
Si multos hodie in Aulis videas PVDICOS.
Abijt ad Pudicitiæ Coronam euocatus
Anno à Partu Virginis, M.CC.LXXVIII.

BOLESLAO PVDICO
PANEGYRIS LYRICA.
ODE XIII.

QVà parte cæli, Sarmaticos super,
Pudice, campos, prospicis, aureæ
E luce rimæ? quà Polonos
Igne nouo radians Triones
Mersum coruscæ luminis Iride
Complexus orbem, stelligeris procul

E luce

Metiris vlnis! ò Polona
Prodigiumq́, decusq́, Fama!
Sèu te Lechei Climatis, atrium
Non pœnitendus, occupat ignibus:
Sèu grande Terrarum perosus
Hoſpitium, meliore ſtellae
Iucundus hoſpes, deligis omine:
Sèu te, fauentûm gratia ſiderum,
Hinc, inde, certatim ſupinâ
Alliciunt, reuocantq́ flammâ:
Sèu Martiales, grande ſuper, Lechos
Accenſus aſtrum, deſpicis arduas
Letiq́, Fatorumq́ rixas,
Et dubium propè ſtare certo
In axe mundum: sèu tibi Patrijs
Sol digniori, iam minor æmulo,
Deceſſit è rotis; ſuoq́
Igne caput, radioſq́ fulua
Exutus igni: iam tibi ſubdita
Hinc inde, latis ſidera nutibus,
Cœliq́ & Aſtrorum relinquens
Imperium, famulo Tiaram
Illuſtrat auro: quà propior Deo,
Cognata caſtæ ſidera Coniugis;
Kingaq́ vicinum Planetam
Alloqueris, Lechicaſq́ vobis,
Latè coactæ nubis ab agmine
Monſtratis ædes, ne tibi ſupplices
Chordaſq́, Vocaleſq́ neruos,
Ne Lechici metra temne plectri.

Te liberali Relligio manu,
Quanquam cruentis trux Geta cædibus,
Regnumq; Regalesq; latè
Sanguineâ tibi clade quondam
Fœdauit oras; te Superum potens
Cultus, nec vllâ se speciosiùs
A parte sustulisse virtus
Ausa, super niueos reclinem
Euexit orbes; Te impatiens regi,
Domesticorum bellua motuum,
Transiuit immunem, ac Pudicum
Ipse Furor, veneratus aurum,
Tibi feroces, sæpè stupentibus
Astris, & omni lumine siderum,
Submisit alas, ac minacem
Sub pedibus cicurauit iram.
O! & Polonos nunc etiam super
Adsiste campos! sæpèq; proximam
Locutus ad Kingam, modestos
Principibus, populoq; mites
Precare mores. dum socialibus
Ter manè, quin & ter tibi vespere
Cantamus auris; & tacentes
Voce tuâ recreamus agros.

Digitized by Google

167
PESCVS NIGER

LESCO NIGER.

AVgusta Boleslauianæ Beatitatis Appendix.
Plus ne huic dederit? an debuerit? iure dubites.
A carente Heredibus Pudico,
In Fortunæ & gloriæ hereditatem adscitus;
Vtriusque nec impos, nec impotens;
Patrui suffragio non leue pondus, benè imperando, adiecit.
Auro primùm, mox lauro coronatus,
Militarem galeam, vnâ cum Ducali Tiara induit.
Nescias, vtri magis vixerit?
Nisi quod hanc aliquoties, ei Fortunæ turbo decusserit.
Polono Herculi primum inter hostes Leonem fata obiecêre.
Nequaquam hic, Nemeo illo inferior, immò ferior;
Ipsâ nominis sui laruâ, nulli non formidandus;
Ingenti Russorum, Tartarorum, ac Lituanorum exercitu,
Numerosas è Polonia prædas agebat.
Si vspiam alibi, hîc, rapaci EX VNGVE, LEONEM agnoscceres.
Assurgit contra fatale nomen, impauidus Lesco;
Iudice ferro decreturus,
Sempernê adeò splendidis nominibus par virtus inesset?
Sed ah! *quoties, pulchra nomina turpiter mentiuntur.*
Hominibus Fata militant, non Nominibus.
Felicior Prædator, quàm Præliator, Leo,
Nunquam in Solem prodire ausus;
In concolores vultui, & animo tenebras refugit.

Furentem Leonem, militaris Polonorum flamma exterruit.
Obuersâ, grauiterque impulsâ Bellonæ rotâ, fugatus,
Fidem Plinij, apud Posteros liberauit,
Asserentis, flammâ & rotarum impulsu, Leones terreri.
Trepidarunt, DVCE quantumlibet LEONE, fugaces CERVI.
Omni robore & animo, ad pedes translato;
Intra spelea sua, feræ omninò feræ, se tenuerunt.
Neque hîc tamen, omnes Iusti Martis iræ consumptæ.
Secundæ palmæ pignus, prima dedit.
Vnius victoriæ finis, gradus alterius fuit.
Instandum, quippe, *est recenti Famæ.*
Prout prima cesserunt, sæpè fiunt vniuersa.
Dum pacatis Ciuibus, iura victor Lesco edicit;
E Castro, ad Castra euocatur.
Ergò Themidis gladio, in Bellonæ manus translato,
Vibratum in nocentes ferrum; in nocentiores hostes obuertit:
Illos quoque iustæ Nemesi immolaturus.
Belli huius euentum quæris?
Cuius auspicijs initum fuerit, edisce.
Namque, dum oculatiori vigilijs suis somno,
Ægrè excubantes oculos, fessus Lesco submittit;
Ipsius, Cœlestis militiæ Imperatoris, visu & voce animatus,
Non tam ad pugnam euigilat, quàm ad victoriam.
Ducis prærogatiuâ, in gregarij officium permutatâ;
Sub D. MICHAELIS ductu, & imperio militauit.
Pugnatum est acerrimè;
Ipso cœlo contra impiam gentem militante.

At verò

At verò victor Lesco, memor cuius auspicijs vicisset,
Plura, tam palmaris victoriæ Trophæa, erexit.
Hostibus, hostiarum loco immolatis;
Victoriæ suæ auspici, Diuo MICHAELI,
Lublini Basilicam ædem excitauit.
Si modernam Regni nostri faciem aspicimus;
Illud tum ab insscio Lescone, Lublini actum est:
Vt Supremo Regni nostri Tribunali
Non sola Iustitia,
Sed Cœlestis quoque fori Arbiter,
Suam cum gladio Libram præferat:
Illudque pro Regno nostro excubans, sæpiùs inculcet,
QVIS VT DEVS?
Tot victorijs in Hostico relatis,
Plures etiam Palmas, & Oleas domi nexuit.
Ciuili bello, in ipsis cunis feliciter præfocato;
Tot meruit Ciuicas,
Quot perire volentes, seruauit Ciues.
Qui tot gratijs ingrati, Seruatorem suum Regno spoliarunt.
Vt enim, *Liberaliore annonâ, cicures aliàs feræ, insolescunt*;
Ita, *pleroſq; largiora Principum beneficia efferarunt.*
A suis igitur pulsus; ab exteris reductus;
Victo, fugatoque æmulo,
Iterum Ciuibus suis, non vnum supplicium commeritis,
Supplicibus, vitam dedit.

Quò pleniora eorum gaudia faceret,
Ne in hoſtes quidem captiuos, ſæuitum eſt.
Fortunatus hâc animi ſui moderatione Leſco fuerat:
Si poſtmodùm ſui ſimilis, extitiſſet.
Nam qui recenti victoriâ, moderatiſſimè vſus eſt;
Areſcentem iam, annuo ſitu Laurum,
In belli Ciuilis facem aduſſit.
Grandi exercitu, clam conſcripto,
Illatas ſibi à Conrado iniurias, vindicaturus:
Ditiones eius ferro, igniſque populatur.
Atque harum demum flammarum fumo, fama Leſci obſcurata;
Effecit, vt non fruſtra vocaretur Niger.
Atro demum carbone Faſti eius notati.
Cognati ſanguinis vltrix Nemeſis,
Tot Laureas, in ferales taxos tranſplantauit.
Ab ipſo planè Tartaro, ſuggeſtam vltionis ſitim,
Effuſo, Tartarorum frameis, ſanguine, ægrè vlror Deus reſtinxit.
Qui tot capitibus, ex ditione Nigri, ſibi, aut Fato tranſcriptis,
Effecerunt, vt pauciores poſthac,
Sub nefaſtis Leſci ſignis militarent.
Ipſe Leſco, prædatorem exercitum reducens;
In ipſa victus victoria,
Multos ſuorum, dum flumen tranant, ad Stygem præmiſit.
At ne illo quidem naufragio, iniuſti belli faces extinctæ.
Impium facinus, ne luſtralibus quidem vndis expiatum.
Principatum, cuius breuem iacturam, tot mortibus vltum ibat:
Turpi fugâ deſerere coactus eſt.

Ah quoties!

Digitized by Google

Ah quoties! impotentes Principum vindictæ,
Dum Christiano, cognatoq; sanguine, leues offensas eluunt;
Nudum Patriæ latus, telis barbarorum obijciunt.
Redux in Patriam, cùm necdum post tot mala, benè saperet:
Amisso exercitu, inglorius, mœrori suo immoritur:
Id est nobili scenæ, ignobilem subiungit Catastrophen.
Anno vindicatæ Salutis, M. CC. LXXXIX.
Candidissimus aliàs Princeps,
Et in quo nihil atrum videas, præter finem.
Vltima rerum linea, tantam Nomini eius vmbram fecit.

LESCONI NIGRO
PANEGYRIS LYRICA.
ODE XIV.

NAm quæ renarres bella fidelius?
Vetustiorum candide Fascium
Testis; Paternarumq; laudum, &
Non humilis, vetulæ, Magister

Apollo Famæ? concute desides,
Exercitati verbere pectinis
Chordasq;, concordesq; dulci
Dissidio, fidiumq; rixâ

Impelle neruos. Hic vbi Lechicæ
Per arua velox, Raba cadentibus
Decurrit vndis; & propinquos
Saxiferi sonitu fluenti

Irritat

Irritat agros. hîc vbi crebrior,
Moras citatis fluctibus imperat,
Moles Tropheorum; & fugacem
Ossa super, remoratur amnem.
At nec cruenti littora Naruiæ,
Tuis tributum laudibus inuident,
O Lesco! quà rubente fundo
Littauicos rigat vnda truncos.
Hîc decolores inter acinaces,
Facundioris murmure dextræ,
Grandem Polonorum Monarcham,
Sarmatici dociles honesti,
Lescum canemus. Quin & amœnior
Lescum, repulsæ vocis imagine
Iam cantat Echo; cantat omnis
Lucus idem, tacitiq; Lescum
Mirantur agri. Protinus arduî,
Ad prima motæ murmura tibiæ,
Hæsêre fontes: hæsit ipse
Parte sui meliore Niemen.
Stupescit acer, campus & arbores
Erexit omnes. iamq; tibi leues
Vndaq;, syluaq;, & supini
Ad numeros salière rami.
O digne quondam Lesco perennibus
Vigere lustris! te nimijs fuga
Conradus experitur armis;
Te refluo rubet vnda tabo.
Cùm perduellem bellipotentibus
O viua magnæ gloria Lechiæ!

Hostem

Digitized by Google

193
PREMISLAVS II.

Hoſtem fatigares lacertis,
Sidereis animatus armis.
Quid ſubiugati prælia Littaui,
Et inſepulti funera Iazygæ!
Quid ſigna? bellatumq; Martem,
Quà rapido fugit amne, Vilna.
Quid fracta dicam ſigna domeſticis,
Denſata turmis? cum tibi ſupplici
Turba rebellantûm, paternam
Das facili veniam precatu.
Viues Trophæis nobilibus tuum
Metatus Æuum. Scilicet, hic mori
Nequit, cui vitam perennem
Barbaricæ peperêre mortes.

PREMISLAVS II.

HVc gaudia, & lacrymas, Viator.
Si vſpiam alibi; in hoc Elogio, Epitaphium;
In hoc Monimento, Monumentum inueniſti
Nimirum, *ordinarius humanarum rerum ſtylus eſt,*
Epinicia, cum Epicedijs confundere.
PREMISLAVS,
E Maioris Poloniæ, & Pomeraniæ Principe,

Totius Poloniæ inauguratus Rex:
Dum diſperſos Polonæ Maieſtatis Titulos,
In vnum colligit compendium;
Regalem Purpuram, in mortuale Sagum tranſmutauit.
An? vt ruberet ſplendidiùs, ſuomet ſanguine imbuit!
Æternitatem Temporum promeritus Princeps,
Ægrè non integram, menſium hebdomaden impleuit.
Rarò, enim, *& magna bona, & diuturna contingunt.*
Florem ergò hîc legis, non fructum.
At, nec bonâ fruge, Flos hic caruit.
Vel in ipſo Regni ac ætatis flore, Frugi Princeps,
Ne magnas ſuorum de ſe ſpes fruſtraretur;
Pro floribus, fructum dedit.
Digniſsimus Fatorum, & votorum arbitrio,
In cuius capite, poſt ducentorum quindecim annorum Exilium
Redux Polonorum diadema reſideret;
Pares Regno, & diademati humeros ſuggeſsit.
Verbo, in Regem Polonorum vnctus,
Nec oleum luſit, nec operam.
Niſi quòd ingentibus cogitationibus,
Exile fuiſſet ſpatium definitum.
Ergò veluti imminentis Fati præſcius;
Benè de Patria mereri, maturauit.
Primus illi labor, parem magnæ Fortunæ inuidiam eludere;
Alius; inuidos finitimorum Principum animos, moderari.
Vbiq; enim magnæ Felicitatis, infelix appendix, Inuidia.
Nulla tam modeſta Fortuna eſt, quæ malignitatis dentes vitare poſſit.

Sed

Digitized by Google

Sed dum vtrumque cautus agit; in vtrumq; incautus impingit.
Regni curas, cum diademate capiti ſuo ſentiens impreſſas,
Totum ſe Patriæ commodis initiauit.
Tot Principum diſsidijs turbata,
In eius ſinu non nihil conquieuit:
Omninò reſpiratura; niſi ille exſpiraſſet.
Heu! nulli ſereno non inimicus Fortunæ turbo!
Fatorum malitiâ, malacia hæc ſublata eſt.
Perſtrinxerat tanta Serenitas,
Marchionum Brandeburgenſium animos.
Cauſam odij quæris?
Fortuna fuit: quæ *in pleriſq; pro culpa eſt.*
Inſita hæc mortalibus Natura,
Recentem aliorum felicitatem, ægris oculis introſpicere:
Modumq; Fortunæ, à nullis magis exigere,
Quàm quos in æquo viderunt.
Alienæ inuidiæ pro victima deſtinatus;
Feras captans, à feris circumuentus;
Dum innocentes laqueos ſtruit; in nocentiores incidit.
Ipſis Bacchi hilarijs, in ſceleris opportunitatem abuſi hoſtes;
Thyeſtea planè conuiuia innouarunt.
Quia tamen impiam Regij ſanguinis ſitim,
Vuæ ſanguis, largiùs propinatus, eâ die reſtinxerat;
Deuotâ piacularibus Cineribus die,
Innocens hoc Regalis gloriæ incendium, in fauillas abijt.
Multis vulneribus, à ſiccarijs confoſſus,

Ingentem animam, per tot velut ostia, exspirauit.
Ita, *rarò Purpura absq; humano sanguine rubuerunt.*
Alliciunt Fatorum inuidiam magna culmina, aut prouocant.
Tutior est in Secreto virtus.
Eadem fulminum, & Numinum ambitio est:
Celsissima quæq; impetunt.
Ita, *sapè magno honore sublimis corruit, qui priuatus stetisset.*
Neminem eò prouexit Fortuna,
Vt non tantùm illi minaretur, quantùm permiserat.
Sapite, Regali infortunio, Principes.
Heu! quoties Libitinam inter conuiuas vestros numeratis?
Cereris, si nescimus, Proserpina filia est.
Non magis illa Marti, quàm Baccho affinis.

PREMISLAO
CENOTAPHIVM,
ODE XV.

ARcana Diuûm iura fidelibus
Euulgo metris. me procul ardui
Regesq;, Regalesq; Mitræ,
Me Trabeæ, timidiq; Fasces,
Verace quidquid dixero pectine,
Audite Vatem. Nil nimiùm diu
Stetisse; nec perenniore
Spe solidum radiasse, magni

Sanxêre

Sanxêre Diui: quin reboantia
Si quando vibrant fulmina, ruſticas
Ferire dedignantur ædes;
Sed rutilis propiora cœlis,
Quæ pænè celſas non humili mitrâ
Vicêre nubes, ſollicito ſcopi,
Metæque maioris ſuperbo,
Vaſta metunt monumenta, telo.

Sic illa quondam, iam medio propè
Inducta cœlo corruit Æſculus;
Tandemq; iam minore trunco,
Magnificis viduata ramis,
Modeſtiores, nec ſimiles ſui
Effundit vmbras. Nil, iterum canam,
Quodcunq; ſe ſublimiori
Luce fouet, ſine fraude longas,
Dum concitatis Sol ruit axibus,
Spectauit horas. Nec vetulos ego
Manes, peregrinumq; noſtris
Carminibus memorabo Fatum;
Sic te Polona dignior indolis,
In grandiorum limine mentium
Ortuq;, prò dolor! ſeuera
Fata tuis rapuêre quondam,
Rex Magne Lechis! cùm propè Regium,
In te reducta Mane Polonia
Promittis; illimeſq; blando
Ore dies, reduceſq; Solis,
Portendis horas; ſic tibi tetricus
Atrociorum veſper inhorruit

Fatorum; & adductis honeſtos
Nubibus inſepeliuit auſus.
Sic dum tuorum lumine Faſcium
Accenſus æther, iam tibi ſeptimas,
Hinc inde ſubducente ſuluam
Sole rotam, veheret, Kalendas,
Et pexa frontem luſtra curulibus
Vrgeret horis; ſic malè callidæ
Regnumq́, Regaliſq́ cenſum
Luminis eripuêre fraudes.

VENCESLAVS BOHEMVS.

DOmi, foriſque fortunatus,
Vbique felicitatem ſuam circumtulit.
Nunquam non fortunatus futurus;
Niſi pleriſque Fortunæ fauoribus abuſus fuiſſet.
Hæc, demum nulli ſatis fida,
Multis honoribus ſublimem deſtituit, vel eliſit.
Sæpiùs ad Polonos Faſces inuitatus,
Oblatum ſibi Regnum, ferro ab æmulo expreſsit.
Rarò, enim, *in Regalis auri poſſeſſionem, ſine ferro venitur.*
Si Baſilicum Fatorum morem attendimus,
Galea, Coronæ præmittenda.

Et ſolus

Digitized by Google

198
VENCESLAVS BOHEMVS

Irritat agros. hîc vbi crebrior,
Moras citatis fluctibus imperat,
Moles Trophæorum; & fugacem
Ossa super, remoratur amnem.
At nec cruenti littora Naruiæ,
Tuis tributum laudibus inuident,
O Lesco! quà rubente fundo
Littauicos rigat vnda truncos.
Hîc decolores inter acinaces,
Facundioris murmure dextræ,
Grandem Polonorum Monarcham,
Sarmatici dociles honesti,
Lescum canemus. Quin & amœnior
Lescum, repulsæ vocis imagine
Iam cantat Echo; cantat omnis
Lucus idem, tacitiq; Lescum
Mirantur agri. Protinus ardui,
Ad prima motæ murmura tibiæ,
Hasêre fontes: hæsit ipse
Parte sui meliore Niemen.
Stupescit acer, campus & arbores
Erexit omnes. iamq; tibi leues
Vndaq;, siluaq;, & supini
Ad numeros salière rami.
O digne quondam Lesco perennibus
Vigere lustris! te nimijs fuga
Conradus experitur armis;
Te refluo rubet vnda tabo.
Cùm perduellem bellipotentibus
O viua magnæ gloria Lechiæ!

Hostem

193
PREMISLAVS II.

Hoſtem fatigares lacertis,
Sidereis animatus armis.
Quid ſubiugati prælia Littaui,
Et inſepulti funera Iazygæ!
Quid ſigna? bellatumq; Martem,
Quà rapido fugit amne, Vilna.
Quid fracta dicam ſigna domeſticis,
Denſata turmis? cum tibi ſupplici
Turba rebellantûm, paternam
Das facili veniam precatu.
Viues Trophæis nobilibus tuum
Metatus Ævum. Scilicet, hic mori
Nequit, cui vitam perennem
Barbaricæ peperêre mortes.

PREMISLAVS II.

HVc gaudia, & lacrymas, Viator.
Si vſpiam alibi; in hoc Elogio, Epitaphium;
In hoc Monimento, Monumentum inueniſti
Nimirum, *ordinarius humanarum rerum ſtylus eſt,*
Epinicia, cum Epicedijs confundere.
PREMISLAVS,
E Maioris Poloniæ, & Pomeraniæ Principe,

Totius Poloniæ inauguratus Rex:
Dum diſperſos Polonæ Maieſtatis Titulos,
In vnum colligit compendium;
Regalem Purpuram, in mortuale Sagum tranſmutauit.
An? vt ruberet ſplendidiùs, ſuomet ſanguine imbuit!
Æternitatem Temporum promeritus Princeps,
Ægrè non integram, menſium hebdomaden impleuit.
Rarò, enim, *& magna bona, & diuturna contingunt.*
Florem ergò hîc legis, non fructum.
At, nec bonâ fruge, Flos hic caruit.
Vel in ipſo Regni ac ætatis flore, Frugi Princeps,
Ne magnas ſuorum de ſe ſpes fruſtraretur;
Pro floribus, fructum dedit.
Digniſsimus Fatorum, & votorum arbitrio,
In cuius capite, poſt ducentorum quindecim annorum Exilium
Redux Polonorum diadema reſideret;
Pares Regno, & diademati humeros ſuggeſsit.
Verbo, in Regem Polonorum vnctus,
Nec oleum luſit, nec operam.
Niſi quòd ingentibus cogitationibus,
Exile fuiſſet ſpatium definitum.
Ergò veluti imminentis Fati præſcius;
Benè de Patria mereri, maturauit.
Primus illi labor, parem magnæ Fortunæ inuidiam eludere;
Alius; inuidos finitimorum Principum animos, moderari.
Vbiq; enim magnæ Felicitatis, infelix appendix, Inuidia.
Nulla tam modeſta Fortuna eſt, quæ malignitatis dentes vitare poſſit.

Sed

Digitized by Google

Sed dum vtrumque cautus agit; in vtrumq; incautus impingit.
Regni curas, cum diademate capiti ſuo ſentiens impreſſas,
Totum ſe Patriæ commodis initiauit.
Tot Principum diſsidijs turbata,
In eius ſinu non nihil conquieuit:
Omninò reſpiratura; niſi ille exſpiraſſet.
Heu! nulli ſereno non inimicus Fortunæ turbo!
Fatorum malitiâ, malacia hæc ſublata eſt.
Perſtrinxerat tanta Serenitas,
Marchionum Brandeburgenſium animos.
Cauſam odij quæris?
Fortuna fuit: quæ *in pleriſq; pro culpa eſt.*
Inſita hæc mortalibus Natura,
Recentem aliorum felicitatem, ægris oculis introſpicere:
Modumq; Fortunæ, à nullis magis exigere,
Quàm quos in æquo viderunt.
Alienæ inuidiæ pro victima deſtinatus;
Feras captans, à feris circumuentus;
Dum innocentes laqueos ſtruit; in nocentiores incidit.
Ipſis Bacchi hilarijs, in ſceleris opportunitatem abuſi hoſtes;
Thyeſtea planè conuiuia innouarunt.
Quia tamen impiam Regij ſanguinis ſitim,
Vuæ ſanguis, largiùs propinatus, eâ die reſtinxerat;
Deuotâ piacularibus Cineribus die,
Innocens hoc Regalis gloriæ incendium, in fauillas abijt.
Multis vulneribus, à ſiccarijs confoſſus,

Ingentem animam, per tot velut ostia, exspirauit.
Ita, *rarò Purpura absq; humano sanguine rubuerunt.*
Alliciunt Fatorum inuidiam magna culmina, aut prouocant.
Tutior est in Secreto virtus.
Eadem fulminum, & Numinum ambitio est:
Celsissima quæq; impetunt.
Ita, *sapè magno honore sublimis corruit, qui priuatus stetisset.*
Neminem eò prouexit Fortuna,
Vt non tantùm illi minaretur, quantùm permiserat.
Sapite, Regali infortunio, Principes.
Heu! quoties Libitinam inter conuiuas vestros numeratis?
Cereris, si nescimus, Proserpina filia est.
Non magis illa Marti, quàm Baccho affinis.

PREMISLAO CENOTAPHIVM, ODE XV.

ARcana Diuûm iura fidelibus
Euulgo metris. me procul ardui
Regesq; Regalesq; Mitræ,
Me Trabeæ, timidiq; Fasces,
Verace quidquid dixero pectine,
Audite Vatem. Nil nimiùm diu
Stetisse; nec perenniore
Spe solidum radiasse, magni

Sanxêre

Sanxêre Diui: quin reboantia
Si quando vibrant fulmina, ruſticas
Ferire dedignantur ædes;
Sed rutilis propiora cœlis,
Quæ pænè celſas non humili mitrâ
Vicêre nubes, ſollicito ſcopi,
Metæque maioris ſuperbo,
Vaſta metunt monumenta, telo.

Sic illa quondam, iam medio propè
Inducta cœlo corruit Æſculus;
Tandemq; iam minore trunco,
Magnificis viduata ramis,
Modeſtiores, nec ſimiles ſui
Effundit vmbras. Nil, iterum canam,
Quodcunq; ſe ſublimiori
Luce fouet, ſine fraude longas,
Dum concitatis Sol ruit axibus,
Spectauit horas. Nec vetulos ego
Manes, peregrinumq; noſtris
Carminibus memorabo Fatum:
Sic te Polona dignior indolis,
In grandiorum limine mentium
Ortuq;, prò dolor! ſeuera
Fata tuis rapuêre quondam,
Rex Magne Lechis! cùm propè Regium,
In te reducta Mane Poloniæ
Promittis; illimeſq; blando
Ore dies, reduceſq; Solis,
Portendis horas; ſic tibi tetricus
Atrociorum veſper inhorruit

Fatorum; & adductis honeſtos
Nubibus inſepeliuit auſus.
Sic dum tuorum lumine Faſcium
Accenſus æther, iam tibi ſeptimas,
Hinc inde ſubducente ſuluam
Sole rotam, veheret, Kalendas,
Et pexa frontem luſtra curulibus
Vrgeret horis; ſic malè callida
Regnumq́, Regaliſq́ cenſum
Luminis eripuêre fraudes.

VENCESLAVS BOHEMVS.

DOmi, foriſque fortunatus,
Vbique felicitatem ſuam circumtulit.
Nunquam non fortunatus futurus;
Niſi pleriſque Fortunæ fauoribus abuſus fuiſſet.
Hæc, demum nulli ſatis fida,
Multis honoribus ſublimem deſtituit, vel eliſit.
Sæpiùs ad Polonos Faſces inuitatus,
Oblatum ſibi Regnum, ferro ab æmulo expreſsit.
Rarò, enim, *in Regalis auri poſſeſſionem, ſine ferro venitur.*
Si Baſilicum Fatorum morem attendimus,
Galea, Coronæ præmittenda.

Et ſolus

Digitized by Google

Et ſolus propè gladius, Sceptro locum vel inuenit, vel facit.
Omninò tamen finem bellis facturus VENCESLAVS:
RIXAM, Premiſlai Regis filiam, vxorem duxit.
Ita demum, Pacis ſe plus nimio ſtudioſum,
Tot iam bella faſtidienti Patriæ probaturus;
Vbi ſe, vel cum RIXA pacificè viuere poſſe oſtenderet.
At ne ita quidem voto ſuo potitus eſt.
RIXA in Bohemiam ſecum auectâ;
Tot rixarum materiam, in Regno reliquit.
Vt ſuorum ſe oculis ſubtraxit, ab animis excluſus eſt.
Ita plerumque *non viſus Princeps, ſit inuiſus,*
Vt Solis; ita & Regis Præſentiâ,
Mores, & amores Ciuium ſerenantur.
Taceat hîc Tacitus;
Non ſemper *Maieſtati maior è longinquo reuerentia.*
Quandoq; liberaliùs ſe ſuorum odijs propinat, abſens Maieſtas.
Peiora creduntur de abſentibus.
Aliud quoq; fuit, quòd ei iuſtum apud Polonos odium conflauit
Non immeritò in eos iniquior viſus eſt,
Cùm illorum manibus Sceptrum credere nollet,
E quibus illud accepiſſet.
Exteris commiſſum regnum, pænè amiſſum:
Semper, enim, *odioſa ſunt exterorum imperia:*
Et, *quando muneribus publicis pares domi non deſunt;*
Non ſine periculo foris conquiruntur.
Plerumq; incredulus Princeps, dum ſuos minùs ſibi fideles putat; facit.
Multi Principum dum falli timent, fallere docuerunt.

Ne tum

Ne tum, ſimile quidpiam experiretur VENCESLAVS,
Sola pænè mora defuit.
Nam Quinto poſt initum Regnum anno Pragæ ſublatus eſt.
Hoc primùm Rege, apud Polonos pecunia in pretio eſſe cæpit:
Cùm ex corio, in argentum aurumque profecit.
Auaritiæ ſuæ pretioſiorem materiem ſuppeditaturi Bohemi;
A pecudibus pecuniam benè dictam,
Proprij nominis Etymo, non bene, ſpoliarunt.
Sed & in Circulos ducere nummos placuit;
Nam quadratâ antea pecuniâ Poloni vtebantur.
Sanè, vt in nummis, ita in pleriſque alijs.
Quadrata (vt aiunt) *rotundis, miſcuit*, Venceſlaus.
Peregrè mortuo, Polonorum lacrymæ defuerunt,
Quas inſuetis oneribus, auari Bohemorum Fauces,
Ex oppreſſorum oculis omnes propè exhauſiſſent.
Nihil tam cauendum peregrino Regi,
Quàm ne in Regno ſuo agat Peregrinus.
Si vnquam aliàs, tum etiam didicêre Poloni,
Vnum Principem Regnis duobus ſufficere vix poſſe.
Diuinè olim, Diuinus Plato,
Plures Magiſtratus in vnum hominem, non cumulantor.
Vnum opus ab vno perficitur, inquit Ariſtoteles:
Nec iubendum eſt, vt vnus tibia canat, idemq; calceos conficiat.
Idem, Iuſtinus Imperatorum Iuſtiſſimus, edixit.
Non eſſe conceſſum duobus Magiſtratibus præeſſe quempiam.
Neq; enim facile credendum eſt,
Duabus neceſſarijs rebus, vnum, ſufficere poſſe.
Nam cum vni iudicio adfuerit, alteri deerit:
Et ſi ad vtrumq; feſtinat; neutrum benè peraget.

VENCE-

VENCESLAO BOHEMO ODE XVI.

ABſente ſi quid Rege Polonicus
Peccauit Orbis, non ego neſcio,
Mirabor, euenisſe Fato;
Sic domino ſine Sole cœlum,

Quamuis micantûm lumina ſiderum
Hinc inde viuis iuſſerit Heſperus
Lucere flammis, & trecentas
In tenebris vigilare ſtellas,

Cæcâ ſepultum nocte tacentibus
Incumbit vmbris: ſic viduum ſuo,
Cum Sceptra, neglectoſq; Faſces
Deſeruit ſine Rege, Regnum.

Cur liberorum colla Quiritium,
Exoticorum pondere iurium,
Totumq; Venceſlae Regnum
Inſolitis onerare vinclis

Permittis vltrò! Te duce Lechicas,
Rotunda cuſæ turma pecuniæ,
Et illa nummorum ſupellex,
In teretes ſinuata cyclos,

Inuaſit oras: ante, rudes adhuc,
Tantùm quadratæ merce pecuniæ
Lechi, ſigillatoq; certum
In pretium corio, paternos

Auxère cenſus. ſic minùs in leues
Aptata ſpharas, certiùs integra
Domi remanſiſſet moneta,
Nec nimiùm facilis rotari
Per exterarum ſcrinia gentium
Se, liberali, ſed malè prodigo,
Fudiſſet imbri: diues olim
E Patriis ſibi quiſq; bobus,
Magnumq; vili de corio lucrum
Egiſſet heres: nunc pretioſior
Offulſit atas; nunc recuſi
In pretium enituêre nummi.
Iamq; è vetuſtis pellibus, hèu pudor!
Ægrè ſuperbos protegimus pedes.
Sic multa paſſim copioſum
Pauperies comitatur aurum!
Tu verò poſtquam ſponte remotior,
Petita tanto ſanguine deſeris
Et Sceptra, Venceſlae, & altum
Sarmatici regimen Senatûs,
Obliuioſis Manibus immemor
Accede puluis. ſic tibi Lechicas
Clausère tumbas, ſic Polonum
Fata tibi prohibent ſepulchrum.

VLADI-

VLADISLAVS LOKTICVS

VLADISLAVS ŁOKTICVS.

OMnium Magnitudinum compendioſam Epitomen
In Vladiſlao Łoktico habes.
Sed ex animo hunc metire, non ex ſtatura.
Minorem hanc, naturæ parſimoniâ, ſortitus,
Illius proceritatem, vltrà poſterorum memoriam extendit.
Nihil in eo humile, præter corpus.
Latent, enim, *quandoq; in Pygmæis, Gigantes animi.*
Vt in exili caſa, magnam virtutem ſpectare;
Sic, in depreſſo corpore, erectam mentem ſperare licet.
Exilis domicilij anguſtiæ, anguſtam virtutem non excludunt.
Illud quoque ſtaturæ eius magnitudinem auxit,
Quod ſuâ Fortunâ maior extiterit.
Cuius iniurias, vicit vt æmulus;
Fauores æquiparauit vt meritus; ſuperauit vt melior.
Ne tamen nimiùm rigidus, in eius initia inquiras.
Aliqua ex eis, pænè perdito Principi, periêre.
Tam diu Virtuti, quàm diu Marti militans,
Quò breuior, eò puero Cupidini ſimilior,
Ex Bellonæ caſtris, ad Veneris ſigna tranſijt.
Extinctæ Martis faces, in Cupidinis tædas exarsêre.
Gradiuo; Liber Pater ſucceſsit.
Vt enim *arma bello; ita pace franguntur bellatores.*
Rarus Annibal, ſuâ caruit Capuâ.
Niſi fortè tu dicere malis;

Rara Capua, ſuum non effeminauit Annibalem.
Impotens ſui, quia multum poſſet;
Sibi ſuiſque militari baltheo ſoluto,
Pudoris quoque baltheum diſſoluit.
Ita, *mali amores, bonos mores corrumpunt.*
Ita, *fædæ Amorum tædæ, armorum tædium afferunt.*
Perierat propè, natus ad ſumma Princeps,
Niſi magna vitia, par Fortuna deſtituiſſet.
Pænè iam effrons, purpurâ ſpoliatus, tum demum erubuit.
Deplorandum libidinis ſuæ Mancipium,
Poſt Sceptrum amiſſum, tandem ſe in ſui dominatum aſſeruit.
Adeò tum beata fuit Polonia,
Vt ne Reges quidem malos pateretur.
Regno igitur pulſus; ſibi redditus:
Amiſſo in ſubditos imperio, feliciùs ſe ſubdidit ſibi.
Vbi, ſolutum diadema, liberum oculis lumen permiſit,
Scelera ſua, ſeque inprimis, deteſtatus;
Non Regem modò, ſed & Vladiſlaum exuit.
Mox, Peregrini habitu, Romam iter arripit,
Vt à totius Orbis & Religionis Supremo Capite,
Sanctiùs ſapere didiciſſet:
Saniuſque, ab illo Capite, hauriret ingenium.
Religione procuratâ, Fortuna reuocata eſt.
Eam ducem, ac reducem ſecuti Poloni;
Victori Vladiſlao, Coronam deferunt.
Quâ, per Palmas aditâ, non vno iam titulo Palmaris Rex;

Iterum

Iterum inunctus, Regali diademate insignitur.
Diceres, illud egisse prudentes Superos,
Ne dignissimum diademate caput, semel tantùm coronaretur.
Bis igitur coronatus, bis vnctus,
Semel vt valentissimus Fortunæ Athleta:
Iterum, vt tot iam titulis coronam meritus Rex.
Tam diu cum obstantibus fatis colluctatus,
Maiorem ex aduersis Fortunæ gustum libauit.
Ita enim plerumq; *Magnæ Felicitates,*
Post periculorum laborumq; fomenta, suauius matureſcunt.
Optimum Regiæ artis præludium est, experimentum necessitatis.
Hoc, Vladislaus, insignis
Breui vitiorum strophæ,
Pulcherrimam Heroicarum virtutum Antistrophen, adiecit.
In ipso Regni aditu,
Multis iterum hostibus impetitus, ac impeditus;
Quas ab armis desperauerat, ab ingenio suppetias collegit.
Ipsis hostium odijs optimè vsus;
Vt commodis suis militarent, prudentissimè effecit.
Ne Gediminus, Lituanorum Dux, fines suos vastaret,
Eum sibi affinem facit:
Ne alienis bellis occupatas vires distraheret;
Nouam cum eo affinitatem contrahit.
Hinc, filia Gedimini, Casimiro, Vladislai filio, elocata,
Non aliâ dote postulata est,
Quàm Polonis mancipijs libertate donatis.
Felix enimuerò Connubium,

E quo vix dum inito, tot Polonia LIBEROS accepit.
Hærente, inter duos, vocabuli vnius, ſenſus, veritate.
Nam è tot millibus Libertorum, immò Mancipiorum,
Tot, bis planè LIBERI, Patriæ redditi ſunt.
Sic Fecialis Hymen, gemina ſanciuit fœdera.
Nuptiales tædæ, in hoſtium incendia exarsêre:
Et, hoſtilia finitimorum odia,
Non tam extincta, quàm potiùs Regni commodis accõmodata.
Multa proinde Cruciferorum millia,
Ad malam Crucem damnata.
Qui, irreligioſi tum planè in Polonia, Religioſi,
Dum ſtabiliendo imperio diuina humanaque iura ſubijciunt,
Profanis ſacriſque omnibus, ferro ac igni vaſtatis,
Nonniſi ab euerſa Religione,
Religioſorum nomen retinuerunt:
Vt olim à deletâ Africanus Africâ.
Multis cladibus à Vladiſlao, profligatiſſimi hoſtes, profligati;
Nec ampliùs, cœlo teſte, pugnam inire auſi,
Latitârunt intra muros, mures;
Non bellis conſummandis, ſed frugibus conſumendis nati.
Mox, cùm nec mœnibus ſuis fidunt, nec manibus,
Faſces, & faſtum, victori ſubmisêre.
Cùm illis, annuo, ne fædè perirent, fædere icto;
Dum poſt tot bellicos labores Vladiſlaus reſpirat, exſpirauit.
Martius Princeps, in Martio mortuus;
Ad, quieta, cœli inuitantis, ſtatiua euolauit.
In ſupremo Agone, nec ſui, nec ſuorum oblitus;
Vt capacia eorum deſideria impleret,

Filium

Filium ſuum, Caſimirum Magnum, pro ſe, eis reliquit.
Adeò, CVBITALIS vulgò Rex appellatus,
Nihil cogitauit, geſsit, immò & genuit.
Niſi MAGNVM.
Vndecim annis non tam regnando, quàm bellando exactis,
Fatis ſuis, grande prorſus cadauer, incubuit.
Anno Immortalis Hominis-Dei, M. CCC. XXXIII.

VLADISLAO ŁOKTICO
PANEGYRIS LYRICA.
ODE XVII.

Quis bellicoſi prælia Łoktici,
Suoq; maius Nomine neſciat,
Robur, Giganteumq; Martem?
Et rigidi monumenta belli?

O! quæ viriles, non humili metro
Mentes & iras, & morientium
Trophæa decantas virorum,
Diua, ſacri ſtudioſa, Veri.

Io! reductis ad numerum lyris
Bellata quondam prælia concine,
Qua Rege Łoktiko Polonos
Cæde ſuâ erubuêre campos.

Non ſubiugatis ille Trionibus
Suoq; ſtrata robore Patriæ,
Aut inſepultis inquietâ
Ciuibus inſidiatur irâ.

Sed

Sed perduellis viſcera Pruſſiæ,
Grandiq; fuſos Teutonas impetu
Rimatus, olim te Paternis
Inferias Pomerane buſtis,
Dedit cruentæ in littore Balthidis,
Supernatantes quæ galeas adhuc
Deplorat, & peltas, & enſes,
Sarmatici memor vſq; Martis.
Quod, ſi ferocem quiſq; vocauerit,
Quòd per ſuorum funera Ciuium
Ter pulſus, & receptus olim
Ad Lechicas penetrârit arces:
Fruſtra Tyrannum quiſq; vocauerit,
Iniurioſo nomine Principem
Qui Regna Patrioſq; Faſces,
Emeritis repetiuit armis:
Ferro domari vindice poſtulat
Fortuna iuſtis inuida Laureis:
Sceptrumque, mucronemque eodem,
Numen amat, ſociare nexu.
At cùm reductis Pax bona Legibus,
Boruſſiano ſanguine ſordidas
Deterſit haſtas; & quietis
In foribus, fera fixit arma:
Tibi ſecundi gratia militis,
Et Candor, & Fas; & Dea Loktice,
Virtus, coronatas fideli,
Sepijt obſidione Palmas.
I nunc, minuti corporis hoſpitem
Quiſquis ſuperbo pollice, proteris

Mentem,

Mentem, Giganteaq; gentis
Monstrificos celebras Coloſſos:
I, faſtuosâ mole tumentia
Importuoſi membra Damaſtoris
Metire, turritoſq; Phorbas
In Siculis celebrato criptis.
At nec capaci parcior indoli
Statura palmas eripit: hinc tibi
Porus, lacertoſiq; Drances;
Hinc Macedo, memoreſq; Niſi;
Hinc illa Turris carnea, Goliath,
Mentem probroſo ſuccutiat ſitu,
Puerq; leſſides, trecentis
Per populos celebratus auſis.
His te, Polona maxima gloria
Menſura, magnis inſero literis:
Tuaſq; Vladiſlae lauros
Dauidicis gemino triumphis.
Sèu te Boruſſi roboris impotens,
Sacrâ profanus ſub Cruce Goliath:
Sèu te Boëmorum Leones
Seu Litali populantur vrſi:
Illos Dauidis fauſtior æmulus,
Compendioſis viribus eruis;
Paruamq; compenſas ſtaturam
Magnanimi ſtudio Gradiui.
Sic, ſic minori ſub CVBITO latens
Princeps trecentis arma DECEMPEDIS
Attollit; immenſùmq; profert
Sarmatica monumenta Famæ.

CASIMIRVS MAGNVS.

TAm exilis Parentis, tantus Filius.
Videtur planè prudens Fatum,
Vel animi Paterni magnitudinem monſtrare;
Vel corporis exilitatem, Filij vocabulo, compenſare voluiſſe.
Amoribus tamen, nomen hoc debuit, non armis.
An vt volunt alij, corporis capacitati, non animi!
Et ſanè poterat videri non iniuriâ, Magni nomen ſortitus,
Niſi Maior eſſe voluiſſet.
Nullus, enim, *benè Magnus creditur, qui Cupiditatibus ſuis minor eſt.*
Paruum, id eſt, vilem, ſuum quemq; vitium facit.
Afflictam tot bellis Patriam, pacare imprimis aggreſſus;
Cruciferis belli neceſsitatem remiſit.
Hydram nimirum in ſinu ſuo fouit.
Cum illis, verbis poſtea decernere promptior, quàm armis;
Hoſtili ſanguine rigatas à Patre laureas, neglexit.
Ita, non ſemper à Marte, Mars gignitur:
Nec ſolus olim Menelaus, Paridem parit.
Tandem lite ad ſummum fruſtra deductâ,
Iniquiſsimas conditiones, à toties ſubactis, accepit.
Pace, bello peiori cum eis ſtabilitâ; fœdiſſimum fœdus icit.
Nimirum, *impuræ libidines, iuſtum Furorem eneruant.*
Totus in odioſiſſimos Amores inclinatus;
Ne hoſtibus quidem iraſci voluit.
Cæci, ſed armati Cupidinis; cæcum, & inerme Mancipium,

Inter

Digitized by Google

Digitized by Google

Inter concubinarum greges delituit;
Et pro Bellona, Venerem coluit.
Non minùs cæcus, quàm non auritus,
Inuſtas tot libidinum tædis, nomini ſuo maculas,
Nec audire voluit, nec intueri.
Adeò, *cùm fronte oculos, aureſq;, cæcus Cupido eripit.*
Ne tamen, non armatum Cupidinem coluiſſe videretur,
Roſſiæ bellum indixit.
Ter in eam ducto exercitu, ter victor,
Omnem victoriæ perfectionem affectaſſe viſus eſt.
Tertiò victa, & honeſtiſſimis vincta legibus,
In ſeruitutis pretio ipſam Libertatem numerauit.
Non ampliùs fecerat, ſi ipſa viciſſet.
Cùm à libera gente ſubiugata, tum demum libera;
A victoribus ſuis, ſeruire dedidicit:
Et victorioſa veluti Polonæ Maieſtatis Appendix,
In vnum ab ipſa Corpus adunata,
Magnâ, liberæ gentis animâ animoſiùs ſpirare cæpit.
Victoriæ huius celebritatem, ſolus victor funeſtauit.
E bello redux, exarmatas ferro manus, Veneri dedit.
Pro triumphali lauru, meretriciam myrtum præferens;
Suâmet victoriâ profligatus eſt.
Infelix ille victor,
Qui Regnis Prouinciiſq; ſubactis, ſe ſibi ſubdere negligit.
Turpè eſt, inter mancipia, victores numerari.
Turpius, extra ſe Dominum; intra ſe ſeruum eſſe.

Digitized by Google

Turpiſſimùm; imperantem alijs, cupiditatibus ſuis mancipare.
Si vſpiam alibi, hîc Caſimirus auguſtum Magni nomen, amiſit,
Nam, *ſine virtute & pietate, nulla eſt magnitudo, ſed tumor.*
At non tulit vltra, tot libidinum reum Regem, iuſta Nemeſis.
Immiſſa eſt puniendæ Veneri, Libitina.
Impuro tot Scortorum halitu, infectus aer;
Ingenti peſtilentiâ totum regnum afflauit.
Luente delicta Principum, innocentiâ populorum.
Fames quoque in læſæ Famæ remedium euocata;
Nam ſine Cerere friget Venus;
Et frugi indole conſumptâ, conſumuntur & fruges.
Ah! quoties, *Regnorum felicitas, Regum meritis definitur.*
Fruſtra Fatis conuitium facimus.
Principum vitia ſunt, non temporum; factorum, non Fatorum.
Diſſoluti Principes, ipſam ſoluunt Rempublicam.
Sacro demum fulmine è Romana arce ictus, Caſimirus;
Obortâ è tot malorum incendijs, luce,
Tandem ſua ſcelera expauit, ac expiauit.
Tùm primùm verè Magnus, cùm ipſum ſe, ſibi ſubieciſſet.
Ita, experienti, mitiores ſunt cupiditates.
Quem magna felicitas corrupit; ſola poſſunt infortunia erudire.
Neque tamen magna inter ſcelera,
Magnis virtutibus, locus defuit.
In hoc vel maximè digno admiratione Magno;
Quòd tantopere laborârit,
Ne vlli ſuorum, aut vitia ſua grauia forent, aut virtutes.
Nec minorem puta, poſt tot deuia, Magni probitatem.
Tandem aliquando bonus, qui tam diu malus fuiſſet;

Rem

Rem nomine ſuo maiorem præſtitit.
Faciliùs quippe *eſt libidinem excludere, quàm regere:*
Et Cupiditates non admittere, quàm admiſſas moderari.
Hoc quia tum præſtitit Caſimirus,
Non MAGNVS ſolummodò, ſed MAXIMVS etiam dici poteſt.
Quidquid in ſuis deſtruxerat,
Templorum exſtructione reparare conniſus eſt.
Deo dicatis lapidibus, priora ſcelera obruens,
Tot immortalitatis ſuæ Arras, quot Aras erexit.
Ijs maximè virtutibus conſpicuus,
Quæ Diuinitatem Humanitate merentur,
Ad infimos ſuorum ſe demittendo;
Supra maximos quoſque eminuit.
In agreſtes etiam vrbaniſſimus,
Plebeiorum Rex audire maluit, quam Tyrannus.
Tenuiores à Potentiorum vi, & iniuriâ vindicans,
Scipſum ab iniuria Temporum vindicauit.
Lycurgus Sarmaticus, Numa Polonus,
Liberam gentem, ijs Legibus adſtrinxit,
Quæ ſoli licentiæ inuiſæ, nihil Libertati derogarent.
Fallitur, quiſquis Polonam Libertatem exlegem putat.
Suis illa legibus addicta, maximè libera eſt:
Iure deteſtanda, ſi iure caruiſſet.
Ciuium ſuorum commodis, nunquam non intentus;
Vrbem nominis ſui memoria dedicatam,
In ipſo planè Cracouienſi ſuburbio excitauit.
Siue quòd adeò nobile Pomerium, Reginæ vrbium vellet:

Siue quòd innueret,
Optimum esse Ciuium propugnaculum, vicinos Ciues.
Eodem imperante ac impellente,
Plurimæ Ciuitates, Muralem coronam meruerunt: an lapides?
Primùm enim tunc, in Lechicos muros euaserunt.
Nouus planè, nec minùs nauus Regni nostri Amphion,
CASIMIRVS;
Nisi tu potiùs Sisiphum illum dicere non verearis:
Nam quos ille tunc in sublimè euoluit lapides,
Iam passim eò, vnde assurrexerant, deuoluti sunt;
Temporum iniuriâ? an incuriâ Hominum?
Ita tamen beneuolus, ac Ciuium suorum amans Princeps,
Eorum municipia,
Cùm manibus non posset, mœnibus amplexus est.
Quò illi securius habitarent, nullum non mouit lapidem.
Deniqúe his virtutibus, mensurâ nominis sui
Vtcunque impleta;
Triginta septem annis in vitta, Sexaginta in vita exactis;
Vi Fatorum, ad Factorum præmia euocatus,
Exilem tumbam, MAGNVS impleuit.
Tantundem apud posteros bonæ famæ habiturus,
Quantùm malæ.
Moritur Anno Fati Christiani, M CCC. LXX.

CASIMI-

CASIMIRO MAGNO PANEGYRIS LYRICA, ODE XVIII.

ET non inani Nomine te Lechi
Dixêre Magnum. Quem propiùs polo,
Procera virtutis ſtatura
Magnanimis ſociauit auſis,
Hic magnus eſto: cætera diffluunt,
Sêu per ſuorum colla clientium
Se quiſq; ſuſpendat; graueſq;
Tot populis, rotet ipſe Faſces.
Non qui ſuperbum magnifici ſuper
Sedile Regni ſe locat, & rudes
Hinc inde, deſpectat cateruas;
Seq; ſui facit altiorem
Honore ſceptri, non ego Principem
Vocabo magnum, qui modicam ſibi
Augebit aut throno ſtaturam,
Aut famulis ſupereminebit
Procerus vlnis: hic potius mihi
Quem non ſereni lux diadematis
A plebe ſeiunxit, vel aurum,
Sed domitum ſine cæde pectus,
Sed Diua virtus ſed ſuperum vigil
Caliq; cenſus; ſed faciles regi,

Iraq;

Iraq́, curaq́, & repandus
Triſtitia ſine nube vultus;
Hic magnus eſto. Talis in obuiam
Incurris vltro paginam, in arduas
Virtutis eluctatus Arces,
Per rigidos vitiorum aceruos,
O Maximorum Maxime Principum!
O digne tanto nomine! Faſcium
Culmen Polonorum! o Lechei
Grande decus, Caſimire, mundi!
Nam cum Paterno ceſſit adultera
Venus decoro: cum domina truces
Ceſsère virtuti furores,
Et rigidi mala iura ſceptri;
Ingreſſa ſancta limina Regia
Themis, propinquum ponè latus tibi
Aſſedit; æquatamq́ lancem,
Sarmatico ſociauit auro.
Vtcunq́ noſtris Iura Quiritibus
Legeſq́ condis; cùm vetulo Numas
Vincis Lycurgo: vincis ipſum
Iuridico genio Solonem.
Tibi illibatis nunc etiam litat
Aſtræa palmis; te proprio Cracus
Mouiſſe ſe viſus ſepulchro,
Te Proaui pia buſta Piaſti,
Dixère Magnum. Te reſonantia
Plangunt Poloni littora Viſtulæ;
Te ſaxa, te murata toto
Caſtra canunt, Caſimire, Regno.

LVDO-

Digitized by Google

Digitized by Google

LVDOVICVS HVNGARVS.

Solùm, idque vnicum, Ludouici in Polonos beneficium,
Quòd oblatum ab eis Sceptrum, admittere noluiſſet.
At illi, dum in alienam felicitatem incauti impingunt,
Facti infelices:
Dum inuito parere volunt, perire inceperunt.
Aureo malo Sceptra ſua illigantes,
Tot ſibi mala adſciuêre.
Addictior illis Ludouicus, quàm fuerint ipſi ſibi;
Dum Pannoniam in Poloniam transferre non vult;
Poloniam in Pannoniam non poteſt:
Pannonicus dici maluerat, quàm Polonicus.
Sub vnius cœli pondere fatiſcens Atlas,
Alteri humeros ſubijcere recuſabat.
Nempe, Aſtronomicæ diſciplinæ obſeruantiſſimus Princeps;
In illuſtri illa, Aſtrorum Academia, didicerat,
Non benè vnum Solem duobus hemiſphærijs præeſſe.
Nam quoties vni oritur, alteri occidit.
Multis tandem precibus victus, Sceptro manus dedit.
Felicior, ſi meruiſſe contentus; habere neglexiſſet.
Breui poſtea patuit,
Meliùs ab eo Regnum recuſatum, quàm acceptatum.
Ipſa Regni auſpicia, minùs auſpicata.
Dum funebrem pompam Caſimiro apparat, ipſe pænè elatus;
In primo Regni limine in ſuorum odia impegit.

Digitized by Google

Digitized by Google

Inter concubinarum greges delituit;
Et pro Bellona, Venerem coluit.
Non minùs cæcus, quàm non auritus,
Inuſtas tot libidinum tædis, nomini ſuo maculas,
Nec audire voluit, nec intueri.
Adeò, *cùm fronte oculos, aureſq;, cæcus Cupido eripit.*
Ne tamen, non armatum Cupidinem coluiſſe videretur,
Roſliæ bellum indixit.
Ter in eam ducto exercitu, ter victor,
Omnem victoriæ perfectionem affectaſſe viſus eſt.
Tertiò victa, & honeſtiſſimis vincta legibus,
In ſeruitutis pretio, ipſam Libertatem numerauit.
Non ampliùs fecerat, ſi ipſa viciſſet.
Cùm à libera gente ſubiugata, tum demum libera;
A victoribus ſuis, ſeruire dedidicit:
Et victorioſa veluti Polonæ Maieſtatis Appendix,
In vnum ab ipſa Corpus adunata,
Magnâ, liberæ gentis animâ animoſiùs ſpirare cæpit.
Victoriæ huius celebritatem, ſolus victor funeſtauit.
E bello redux, exarmatas ferro manus, Veneri dedit.
Pro triumphali lauru, meretriciam myrtum præferens;
Suâmet victoriâ profligatus eſt.
Infelix ille victor,
Qui Regnis Prouinciiſq; ſubactis, ſe ſibi ſubdere negligit.
Turpè eſt, inter mancipia, victores numerari.
Turpius, extra ſe Dominum; intra ſe ſeruum eſſe.

Turpiſſimùm ; imperantem alijs, cupiditatibus ſuis mancipare.
Si vſpiam alibi, hîc Caſimirus auguſtum Magni nomen, amiſit,
Nam, *ſine virtute & pietate, nulla eſt magnitudo, ſed tumor.*
At non tulit vltra, tot libidinum reum Regem, iuſta Nemeſis.
Immiſſa eſt puniendæ Veneri, Libitina.
Impuro tot Scortorum halitu, infectus aer;
Ingenti peſtilentiâ totum regnum afflauit.
Luente delicta Principum, innocentiâ populorum.
Fames quoque in læſæ Famæ remedium euocata;
Nam ſine Cerere friget Venus ;
Et frugi indole conſumptâ, conſumuntur & fruges.
Ah! quoties, *Regnorum felicitas, Regum meritis definitur.*
Fruſtra Fatis conuitium facimus.
Principum vitia ſunt, non temporum ; factorum, non Fatorum.
Diſſoluti Principes, ipſam ſoluunt Rempublicam.
Sacro demum fulmine è Romana arce ictus, Caſimirus;
Obortâ è tot malorum incendijs, luce,
Tandem ſua ſcelera expauit, ac expiauit.
Tùm primùm verè Magnus, cùm ipſum ſe, ſibi ſubieciſſet.
Ita, experienti, mitiores ſunt cupiditates.
Quem magna felicitas corrupit ; ſola poſſunt infortunia erudire.
Neque tamen magna inter ſcelera,
Magnis virtutibus, locus defuit.
In hoc vel maximè digno admiratione Magno;
Quòd tantopere laborârit,
Ne vlli ſuorum, aut vitia ſua grauia forent, aut virtutes.
Nec minorem puta, poſt tot deuia, Magni probitatem.
Tandem aliquando bonus, qui tam diu malus fuiſſet;

Rem

Digitized by Google

Rem nomine ſuo maiorem præſtitit.
Facilius quippe *eſt libidinem excludere, quàm regere:*
Et Cupiditates non admittere, quàm admiſſas moderari.
Hoc quia tum præſtitit Caſimirus,
Non MAGNVS ſolummodò, ſed MAXIMVS etiam dici poteſt.
Quidquid in ſuis deſtruxerat,
Templorum exſtructione reparare conniſus eſt.
Deo dicatis lapidibus, priora ſcelera obruens,
Tot immortalitatis ſuæ Arras, quot Aras erexit.
Ijs maximè virtutibus conſpicuus,
Quæ Diuinitatem Humanitate merentur,
Ad infimos ſuorum ſe demittendo;
Supra maximos quoſque eminuit.
In agreſtes etiam vrbaniſſimus,
Plebeiorum Rex audire maluit, quam Tyrannus.
Tenuiores à Potentiorum vi, & iniuriâ vindicans,
Scipſum ab iniuria Temporum vindicauit.
Lycurgus Sarmaticus, Numa Polonus,
Liberam gentem, ijs Legibus adſtrinxit,
Quæ ſoli licentiæ inuiſæ, nihil Libertati derogarent.
Fallitur, quiſquis Polonam Libertatem exlegem putat.
Suis illa legibus addicta, maximè libera eſt:
Iure deteſtanda, ſi iure caruiſſet.
Ciuium ſuorum commodis, nunquam non intentus;
Vrbem nominis ſui memoria dedicatam,
In ipſo planè Cracouienſi ſuburbio excitauit.
Siue quòd adeò nobile Pomerium, Reginæ vrbium vellet:

Siue quòd innueret,
Optimum esse Ciuium propugnaculum, vicinos Ciues.
Eodem imperante ac impellente,
Plurimæ Ciuitates, Muralem coronam meruerunt: an lapides?
Primùm enim tunc, in Lechicos muros euaserunt.
Nouus planè, nec minùs nauus Regni nostri Amphion,
CASIMIRVS;
Nisi tu potiùs Sisiphum illum dicere non verearis:
Nam quos ille tunc in sublimè euoluit lapides,
Iam passim eò, vnde assurrexerant, deuoluti sunt;
Temporum iniuriâ? an incuriâ Hominum?
Ita tamen beneuolus, ac Ciuium suorum amans Princeps,
Eorum municipia,
Cùm manibus non posset, mœnibus amplexus est.
Quò illi securius habitarent, nullum non mouit lapidem.
Deniqúe his virtutibus, mensurâ nominis sui
Vtcunque impleta;
Triginta septem annis in vitta, Sexaginta in vita exactis;
Vi Fatorum, ad Factorum præmia euocatus,
Exilem tumbam, MAGNVS impleuit.
Tantundem apud posteros bonæ famæ habiturus,
Quantùm malæ.
Moritur Anno Fati Christiani, M CCC. LXX.

CASIMI-

Digitized by Google

CASIMIRO MAGNO PANEGYRIS LYRICA, ODE XVIII.

ET non inani Nomine te Lechi
Dixère Magnum. Quem propiùs polo,
Procera virtutis ſtatura
Magnanimis ſociauit auſis,
Hic magnus eſto: cætera diffluunt,
Sèu per ſuorum colla clientium
Se quiſq; ſuſpendat; graueſq;
Tot populis, rotet ipſe Faſces.
Non qui ſuperbum magnifici ſuper
Sedile Regni ſe locat, & rudes
Hinc inde, deſpectat cateruas;
Segq; ſui facit altiorem
Honore ſceptri, non ego Principem
Vocabo magnum, qui modicam ſibi
Augebit aut throno ſtaturam,
Aut famulis ſupereminebit
Procerus vlnis: hic potius mihi
Quem non ſereni lux diadematis
A plebe ſeiunxit, vel aurum,
Sed domitum ſine cade pectus,
Sed Diua virtus ſed ſuperum vigil
Calidq; cenſus; ſed faciles regi,

Iradq;

Iraq; curaq; & repandus
Triſtitiæ ſine nube vultus;
Hic magnus eſto. Talis in obuiam
Incurris vltro paginam, in arduas
Virtutis eluctatus Arces,
Per rigidos vitiorum aceruos,
O Maximorum Maxime Principum!
O digne tanto nomine! Faſcium
Culmen Polonorum! o Lechei
Grande decus, Caſimire, mundi!
Nam cum Paterno ceſſit adultera
Venus decoro: cum domina truces
Ceſſêre virtuti furores,
Et rigidi mala iura ſceptri;
Ingreſſa ſanctæ limina Regiæ
Themis, propinquum ponè latus tibi
Aſſedit; æquatamq; lancem,
Sarmatico ſociauit auro.
Vtcunq; noſtris Iura Quiritibus
Legeſq; condis; cùm vetulo Numas
Vincis Lycurgo: vincis ipſum
Iuridico genio Solonem.
Tibi illibatis nunc etiam litat
Aſtræa palmis; te proprio Cracus
Mouiſſe ſe viſus ſepulchro,
Te Proaui pia buſta Piaſti,
Dixêre Magnum. Te reſonantia
Plangunt Poloni littora Viſtulæ;
Te ſaxa, te murata toto
Caſtra canunt, Caſimire, Regno.

LVDO-

Digitized by Google

Digitized by Google

LVDOVICVS HVNGARVS.

Solùm, idque vnicum, Ludouici in Polonos beneficium,
Quòd oblatum ab eis Sceptrum, admittere noluiſſet.
At illi, dum in alienam felicitatem incauti impingunt,
Facti infelices:
Dum inuito parere volunt, perire inceperunt.
Aureo malo Sceptra ſua illigantes,
Tot ſibi mala adſciuêre.
Addictior illis Ludouicus, quàm fuerint ipſi ſibi;
Dum Pannoniam in Poloniam transferre non vult;
Poloniam in Pannoniam non poteſt:
Pannonicus dici maluerat, quàm Polonicus.
Sub vnius cœli pondere fatiſcens Atlas,
Alteri humeros ſubijcere recuſabat.
Nempe, Aſtronomicæ diſciplinæ obſeruantiſſimus Princeps;
In illuſtri illa, Aſtrorum Academia, didicerat,
Non benè vnum Solem duobus hemiſphærijs præeſſe.
Nam quoties vni oritur, alteri occidit.
Multis tandem precibus victus, Sceptro manus dedit.
Felicior, ſi meruiſſe contentus; habere neglexiſſet.
Breui poſtea patuit,
Meliùs ab eo Regnum recuſatum, quàm acceptatum.
Ipſa Regni auſpicia, minùs auſpicata
Dum funebrem pompam Caſimiro apparat, ipſe pænè elatus;
In primo Regni limine in ſuorum odia impegit.

Difficilè, quippe fuit, ingentia Magni veſtigia impleuiſſe.
Grande ſubſequentium tormentum ſunt,
Eorum quos ſequuntur, magni paſſus.
Ita illis, quibus inuitus imperaret, inuiſus:
Dum relicto Regno, in Hungariam regreditur,
Duplicem vnius vocis ſignificationem ſibi arrogauit.
Nec ſanè id eius factum iniuriâ.
Iniurius Regno eſt, qui tam parui illud facit, vt alteri committat.
Ne tamen Regno vltrò ſe abdicare videretur,
Matri, Poloniæ regimen commiſit.
Quaſi verò tot Herorum manibus partum Sceptrum,
Natam fuſo manum pateretur.
Vnicam Poloni habuimus Vendam:
In qua, vt Virum agnoſceremus, nubere noluit.
Ne, ſcilicet, plures ſibi ſimiles genuiſſet.
Immò, ſpontè, inuicta Virago, in aquas ſe præcipitauit;
Vt omnes in ſe, quæ aliquando regnare deberent,
Eodem naufragio, perimeret.
Etſi parùm à viro Virgo abfuit; indignum tamen cenſuit,
Virilem Polonorum Thronum, non Maſculinum eſſe.
Adeò, ne in Matre quidem Regno præſens Ludouicus,
Sortibus noſtris, luſit ac illuſit.
Abſente Rege,
Summis quibuſque facinoribus ingens ſpatium conceſſum.
Pernicioſum legum ſilentium;
Id eſt, ſuâ vacuum Animâ, Reipublicæ Corpus:
Inſueta antehac Latrocinia,

Impo-

Digitized by Google

Impotens, quà exterorum, quà domeſticorum dominatus,
Ingentibus malis docuerunt:
Quantùm momenti Regnis adferat, Regalis præſentia.
Deniqúe de vindicata communibus armis Ruſſia,
Hungariæ adiungenda cogitans, Ludouicus;
Dum auguſtam Regni noſtri Maieſtatem,
Mutilare intendit, aut mutare;
Regnis ipſe & vitâ priuatus: effecit,
Vt a pauciſsimis ploraretur.
Niſi quòd multo Hungarorum ſanguine,
(Per quos Poloniam vexauerat, veriùs, quàm rexerat,)
Lugubres Inferiæ illi fuiſſent perſolutæ.
Anno Chriſti Vindicis, M. CCC. LXXXII.

DE LVDOVICO HVNGARO

ODE XIX.

RArò beatâ floret adoreâ
Coacta virtus. non placet extero
Parere Sceptro, ſubditoſque
Hoſpitibus pudet eſſe Mitris.

Sic ſpretus olim, Pannonico licet
Illuſtris auro, ſe famularibus
Sublimè præcinxiſſet armis,
A Lechico, Ludouicus, orbe;

Tandem regendæ iura Poloniæ,
Et liberorum frena Quiritium,
Dimiſit; & rurſum relictas
Pannoniæ repetiuit oras.

At non eodem territa fulgure,
Inauſpicatæ torua licentiæ
Agnouit abſentem procella,
A viduis Dominum Polonis.
Tunc & profano Iura ſilentio,
Et Fas, & Æquum, nec minor hactenus
Legumq́, Sacrorumq́ cultus,
Et Patrij tacuère muto
Candore mores; tunc Lechico procul,
Formidoloſis pulſa furoribus
Aſtræa decedens ab orbe,
Sidereos caput inter ignes
Immerſit vltrò. tunc malè callida,
Tumultuantûm prælia fraudium,
Falſoq́ Libertatis ore,
Et Patrij meliore Iuſtiæ
Mentita vultu, fœdæ proteruiæ,
Inter minorum iurgia ciuium,
Iam pœnè vicinum ruinæ,
Sarmaticum quatefecit Orbem.
Illa & pudendo Dædalæ malleo,
Effuſa gemmis Secula, ferreum
Diffinxit in luſtrum, æreaſq́
Menſibus inſinuauit horas.
Tunc efferarum vulnera cædium,
Vdoq́ mœror lumine liuidus,
Et horror, & latè refuſis
Indomitæ glaciis rapinæ,
Atraq́ lites, & popularia
Ferucre circum iurgia, & impudens

Luxuſ-

Luxusq́, latronumq́ turpes
Insidiæ, per vtrumq́ latè
Sæuire Regnum; tunc minor hactenus,
Potentiorum culmina Principum,
Aulasq́, & infestata Regni
Limina, deseruisse Virtus:
Et vel minorum vilia Ciuium,
Vel rusticorum squalida parietum
Tristiq́ nubilosa fumo
Tecta iterum petüsse, & inter
Narratur ipsas, non sine siderum,
Et lacrymantis fletibus ætheris,
Mansisse syluas. Nosset olim
Quisq́ suo sine Rege Regnum.
Sic, heu! minori qui regit eminùs
Virtute rexit. Teste suo nequit
Carere regnum: nec remoti
Iura velit tolerare Regis.
Præsente quiuis Rege modestior
Se parciori dissipat agmine
Furor; videntiumque quoduis
Non patitur scelus ora Regum.
At mox remoto Rege carentia,
Inuadit amplis Regna tumultibus:
Imisque permiscendo summa
Indomiti quatit æra vulgi.

AD VIRGINEM MATREM, Pro Secundo, LECHIADIS SVÆ, LIBRO, CARMEN VOTIVVM.

ODE XX.

NEc tibi iuſto, titulus Secundi,
Ceſſerit voto, niſi dedicatum
Virgini ſubdas Caput, & clientes,
O Liber, armos.
Illa, quæ nobis ſinuata fluxæ
Vela Fortunæ, melioris implet
Nominis cenſu, ſibi dicta, Virgo,
Vota ſecundet.
Illa Fatorum iuga, lubricæque
Sortis incertas moderatur auras:
Et rotas Euri, dubioſq; volui
Dirigit Orbes.
Illius ſacrum, mea charta, Nomen
Præferens, crudos Boreæ furores,

Et pro-

Et procelloſi ſuperat frementem
Temporis Auſtrum.
Sic licet toruo propius Bòótæ
Numen, Arctoas decumat procellas;
Et potens bellis Aquilo, & Suëui
Ira Leonis:
Sic licet Roſsus inimicus aruis,
Ruſticas Mauors agitat caterua;
Me tamen Phœbi calor entheato
Corripit œſtro.
Ite feſtinis mea vela votis,
Ite diſtentis noua vota velis,
Quò MARIANI *vocat illibatum*
Nominis ÆQVOR.
Ite, Regales agitate remos,
Quà pares Mitris animas, Poloni
Explicant Faſti, ſinuantq; magnæ
Carbaſa Famæ.
Imus, ô Virgo! tua, ſi minorem
IngenI Cymbam, manus, auſpicato

Dirigens

Dirigens curſu, calamum patronâ
Prouehet aurâ.
Dum Iagellonum Trabeas Latino
Proſequor cultu, memoreſque Palmas;
Regibus quondam, mihi, profuturos
Suggere ſenſus.
Dumque clangentûm fremitus tubarum,
Obruit lenes Citharæ ſuſurros,
Et rebellantûm fera tympanorum
Frendet Erinnijs:
Molliter flexo docilis capiſtro,
Martis effrenes cicura procellas;
Et trucem belli rabiem, modeſtis
Attrahe frenis.
Hic vbi planis SPECIOSA CAMPIS,
Frondeis tectos radijs, OLIVA
Explicas canos, tibi dedicatam
Vrgeo proram.

Partis Secundæ Finis.

LECHI-

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

LECHIADOS

PARS TERTIA.

VLADISLAVS IAGELLO.

IN media barbarie, ad ſummam politiem natus.
Vno impetu duo Regna inuenit:
POLONORVM ſcilicet, & POLORVM.
Hîc Auguſto Polonæ Libertatis ſinu exceptus;
Atque in *veram Filiorum Dei Libertatem* aſſertus;
Lituaniam ſuam, vtriuſque Libertatis participem reddidit.
Multùm illa Poloniæ; multùm Vladiſlao,
Plurimùm HEDVIGI, Poloniarum Reginæ debeat.
Huius necdum nuptæ, Lituani vtrinque liberi,
Duplicis ſeruitutis iugum excuſsêre.
Immò & Vladiſlaus, à ſuâmet Conſorte natus, aut renatus;
Non minùs in ea Coniugem expertus eſt, quam Parentem.
Felicem te Fortunatamque POLONIA!
Cui à Miecislais, Chrobrijſque,
Nemo vnquam ſuſpectæ Fidei imperauit.
Fortiſſimum Regnorum propugnaculum, illibata Religio.
Heu! quot Coronarum fragmina numeramus,
Quæ in Hæretica capita, tanquam in ſcopulos, impegerunt!
Didicit hoc Iagello noſter, & docuit.
Affinem planè Polo, Poloniam expertus,

Digitized by Google

Atq; cum illius diademate, melioris Regni Candidatus, effectus;
In Polonia Numen, & Nomen inuenit.
Vniuersam, illud gloriæ VIM,
Ac LAVDIS POTESTATEM sonare;
Meliùs factis Vladislaus docuit, quàm literis.
Et quia non alius est beatior Regni prouentus,
Quàm Religionis augmentum,
Patriæ suæ, non vno iam nomine, PATER futurus;
Vt hauſtum ab ea Spiritum, meliore vitâ reponeret;
Vniuersæ Gentis suæ gentilitati,
MAGNVS planè DVX, ad Æternitatem præiuit.
Indignùm ratus, indignos cœlo Ciues censere;
Ex nuper vncto Rege, Mysta; ex Neophyto Apostolus,
Eandem cum Deo Rempublicam recensuit.
Nempe, si Politicorum Principi credimus;
In omni Republica
Prima est Religionis & Rerum Diuinarum sollicitudo.
In hanc omni conatu incumbens Vladislaus, docuit:
Summa Imperia cum Religione stare; sine hâc ruere.
Sola hæc Regum & Regnorum solida Basis est.
Nec mirêre Lituanos, Principis sui vestigia,
Adeò promptè secutos,
Hereditarium hoc coronata virtus habet,
Vt *suum omnia trahat in colorem.*
Pindaro & Quinctiliano testibus,
Hæc est Principum conditio, vt quidquid faciant, pro imperio sit.
Rex, est ingenium, & mores omnium.

Ita

Ita gentis ſuæ ipſemet Primitiæ, & initium;
Omnem Lituaniam Æternitati initiauit.
Aris euerſis Religioſiſsimus;
Extincto profano ſacrificulorum igne, Patriam illuſtrauit.
Planè tunc & pro Aris pugnans & Focis.
Succiſi accenſiſque luci; plurimùm lucis attulêre.
Serpentes pro Dijs culti: ideòque plus nimiò Venenati;
Dum eodem quo adolebantur igne, aduruntur;
Et vires amisêre, & virus.
Talem Lituaniam,
A vernaculis primùm Dæmonibus, poſtea à finitimis Hoſtibus,
Ope ac opibus Polonorum tutatus;
Nunquam diſſoluendo nexu Poloniæ deuinxit.
Id eſt, Auito Polonæ Libertatis ſpiritu eam animans;
Ne in poſterùm, aut Ducib⁹, aut Dæmonib⁹ ſuis ſeruiret, effecit.
Bina proinde tunc connubia celebrata.
Primum, in quo Heduigis Poloniæ Regina, Vladiſlao;
Alterum; quo Lituania, Poloniæ,
Non contemnendâ vtrinque dote, nupſit.
Io? Æternitas triumpha?
Fauſtus adeò Hymen, non Myrto eget, ſed Laureis.
Niſi has etiam abundè ſuppeditatas autumem,
Cum victores populi, victrices palmas conſerunt.
Bellatrici AQVILÆ, ARMATO EQVITE fæderato;
Nunquam ſubuertendus Chriſtianitati MVRVS aſſurgit.
Cœlo, Terrâque, Chriſtiano Marti militaturi,
Talibus vtrinque præſidijs inſtruimur.
Mox viris, & viribus auctior Vladiſlaus;

Digitized by Google

Cognatis, Ciuilibuſque diſsidijs compoſitis;
Vtriuſque gentis arma, in Cruciferos vertit.
Nec ideò minùs Religioſum cogita.
Cruce inſigniti, nullâ tum non Cruce digni;
Vel ab eâ, quam gladijs præferebant;
Vel ab eâ, quam ſæpiùs meruerant, Cruce,
Cenſeri tum debuerunt.

Planè, *Inimici Crucis Chriſti:*

Dum profanam auri cupidinem, ferro promouent;
Per calcatas fœderum Religiones, & Religionum fœdera,
Impotenter, Regni iugulum impetentes;
Mitiſſimum Principem, vt ſe vinceret, cò̃egerunt.
Toties Pacis artibus tentatis, nec obtentis;
Non armis modò cum eis certauit:
Sed & precibus, Pietate, Religione, lacrymis.
Verùm, difficilè eſt perire volentes inhibere.
Rei ſacræ in tentorio, Regi pientiſsimo, intento,
Indignantes quòd tardiùs perirent,
(*Sæpè enim ad interitum vota noſtra properant;*
Et pudet pleroſq; tardè perire)
Binos mittunt gladios;
Non vnum ſcilicet victoriæ prognoſticon.
Inuictos ſe falsò, rati, ſuis ſaltem gladijs vincerentur.
Immò, nullius ferro crudeliùs perire poterant, quàm ſuo.
Addidit tumidus Crucigerorum Magiſter, arrogans conuicium.
Si, inquit, *campum arctum Rex habet, ego illi cedam meo.*

Dictum, Factum.

Mordax

Mordax Sarcasmus, in veram transijt Prophetiam.
Cessit, sed inuictis Polonorum gladijs deturbatus.
Si tamen cessisse, idem est quod cecidisse.
Adeò, *Spes nimiò plus tumida, facile crepat.*
Scitè olim Spem & Nemesin, socias esse, commenti sunt prisci.
Eadem Spei & Nemesi Templa dicabantur.
Nam qui in Spem, nimiùm ambitiosus, peccat;
A vindice Nemesi plectitur.
Sed verò, *Oraculum est cuiq; sua Cupiditas.*
Plerumq; quod temerè vouemus, inconsultè speramus.
Ne verò absque numeroso suorum comitatu Orcum adiret,
Ambitiosus Cruciferorum Magister;
Quinquaginta suorum millia, ad Tartarum duxit:
Atque, vt aliquomodo muneris sui nomen exequeretur,
Clade suâ docuit: *Nullum tumorem inuictum esse.*
Poterat tum GERMANICVS, dici Vladislaus,
Qui totam planè, sub signis Crucigerorum, Germaniam, vicit:
Sed CHRISTIANVS BELLATOR dici maluit.
Exprobratam illi cunctationem, excusauit Religio.
Satis, quippe, *citò inchoatur victoria, vbi prouisum est, ne vincâre.*
Quanquam, nec alia Triumphi huius Auguria, defuêre.
A Crucigeris, fausto exceptus contemptu Vladislaus,
Victoriæ indubitatum omen, ex hostili tumore accepit.
Non est nimium de fortuna præsumendum.
Meruit vinci, qui se vinci non posse putauit.
Nihil tutò, in victis etiam, despicitur:
Quid si adhuc victoria in medio est?
Alterum victoriæ omen erat, constans Principis Pietas.
Huius auspicijs bellum feliciter inchoatum,
Non ausa est Fortuna corrumpere.

Digitized by Google

AD VIRGINEM MATREM, Pro Secundo, LECHIADIS SVÆ, LIBRO, CARMEN VOTIVVM.

ODE XX.

NEc tibi iuſto, titulus Secundi,
Ceſſerit voto, niſi dedicatum
Virgini ſubdas Caput, & clientes,
O Liber, armos.

Illa, quæ nobis ſinuata fluxæ
Vela Fortunæ, melioris implet
Nominis cenſu, ſibi dicta, Virgo,
Vota ſecundet.

Illa Fatorum iuga, lubricæque
Sortis incertas moderatur auras:
Et rotas Euri, dubioſq; volui
Dirigit Orbes.

Illius ſacrum, mea charta, Nomen
Præferens, crudos Boreæ furores,

Et pro-

Et procelloſi ſuperat frementem
Temporis Auſtrum.
Sic licet toruo propius Bòótæ
Numen, Arctoas decumat procellas;
Et potens bellis Aquilo, & Suëui
Ira Leonis:
Sic licet Roſsis inimicus aruis,
Ruſticas Mauors agitat cateruas;
Me tamen Phæbi calor entheato
Corripit æstro.
Ite feſtinis mea vela votis,
Ite diſtentis noua vota velis,
Quò MARIANI *vocat illibatum*
Nominis ÆQVOR.
Ite, Regales agitate remos,
Quà pares Mitris animas, Poloni
Explicant Faſti, ſinuantq́ magnæ
Carbaſa Famæ.
Imus, ô Virgo! tua, ſi minorem
IngenI Cymbam, manus, auſpicato

Dirigens

Dirigens curſu, calamum patronâ
Prouehet aurâ.
Dum Iagellonum Trabeas Latino
Proſequor cultu, memoreſque Palmas;
Regibus quondam, mihi, profuturos
Suggere ſenſus.
Dumque clangentûm fremitus tubarum,
Obruit lenes Citharæ ſuſurros,
Et rebellantûm fera tympanorum
Frendet Erinnijs:
Molliter flexo docilis capiſtro,
Martis effrenes cicura procellas;
Et trucem belli rabiem, modeſtis
Attrahe frenis.
Hic vbi planis SPECIOSA CAMPIS,
Frondeis tectos radijs, OLIVA
Explicas canos, tibi dedicatam
Vrgeo proram.

Partis Secundæ Finis.

LECHI-

Digitized by Google

Digitized by Google

LECHIADOS

PARS TERTIA.

VLADISLAVS IAGELLO.

IN media barbarie, ad ſummam politiem natus.
Vno impetu duo Regna inuenit:
POLONORVM ſcilicet, & POLORVM.
Hîc Auguſto Polonæ Libertatis ſinu exceptus;
Atque in *veram Filiorum Dei Libertatem* aſſertus;
Lituaniam ſuam, vtriuſque Libertatis participem reddidit.
Multùm illa Poloniæ; multùm Vladiſlao,
Plurimùm HEDVIGI, Poloniarum Reginæ debeat.
Huius necdum nuptæ, Lituani vtrinque liberi,
Duplicis ſeruitutis iugum excuſsêre.
Immò & Vladiſlaus, à ſuâmet Conſorte natus, aut renatus;
Non minùs in ea Coniugem expertus eſt, quam Parentem.
Felicem te Fortunatamque POLONIA!
Cui à Miecislais, Chrobrijſque,
Nemo vnquam ſuſpectæ Fidei imperauit.
Fortiſſimum Regnorum propugnaculum, illibata Religio.
Heu! quot Coronarum fragmina numeramus,
Quæ in Hæretica capita, tanquam in ſcopulos, impegerunt!
Didicit hoc Iagello noſter, & docuit.
Affinem planè Polo, Poloniam expertus,

Atq; cum illius diademate, melioris Regni Candidatus, effectus;
In Polonia Numen, & Nomen inuenit.
Vniuersam, illud gloriæ VIM,
Ac LAVDIS POTESTATEM sonare;
Meliùs factis Vladislaus docuit, quàm literis.
Et quia non alius est beatior Regni prouentus,
Quàm Religionis augmentum,
Patriæ suæ, non vno iam nomine, PATER futurus;
Vt haustum ab ea Spiritum, meliore vitâ reponeret;
Vniuersæ Gentis suæ gentilitati,
MAGNVS planè DVX, ad Æternitatem præiuit.
Indignùm ratus, indignos cœlo Ciues censere;
Ex nuper vncto Rege, Mysta; ex Neophyto Apostolus,
Eandem cum Deo Rempublicam recensuit.
Nempe, si Politicorum Principi credimus;
In omni Republica
Prima est Religionis & Rerum Diuinarum sollicitudo.
In hanc omni conatu incumbens Vladislaus, docuit:
Summa Imperia cum Religione stare; sine hâc ruere.
Sola hæc Regum & Regnorum solida Basis est.
Nec mirêre Lituanos, Principis sui vestigia,
Adeò promptè secutos,
Hereditarium hoc coronata virtus habet,
Vt suum omnia trahat in colorem.
Pindaro & Quinctiliano testibus,
Hæc est Principum conditio, vt quidquid faciant, pro imperio sit.
Rex, est ingenium, & mores omnium.

Ita

Ita gentis ſuæ ipſemet Primitiæ, & initium;
Omnem Lituaniam Æternitati initiauit.
Aris euerſis Religioſiſsimus;
Extincto profano ſacrificulorum igne, Patriam illuſtrauit.
Planè tunc & pro Aris pugnans & Focis.
Succiſi accenſiſque luci; plurimùm lucis attulêre.
Serpentes pro Dijs culti: ideòque plus nimiò Venenati;
Dum eodem quo adolebantur igne, aduruntur;
Et vires amiſêre, & virus.
Talem Lituaniam,
A vernaculis primùm Dæmonibus, poſtea à finitimis Hoſtibus,
Ope ac opibus Polonorum tutatus;
Nunquam diſſoluendo nexu Poloniæ deuinxit.
Id eſt, Auito Polonæ Libertatis ſpiritu eam animans;
Ne in poſterùm, aut Ducib', aut Dæmonib' ſuis ſeruiret, effecit.
Bina proinde tunc connubia celebrata.
Primum, in quo Heduigis Poloniæ Regina, Vladiſlao;
Alterum; quo Lituania, Poloniæ,
Non contemnendâ vtrinque dote, nupſit.
Io? Æternitas triumpha?
Fauſtus adeò Hymen, non Myrto eget, ſed Laureis.
Niſi has etiam abundè ſuppeditatas autumem,
Cum victores populi, victrices palmas conſerunt.
Bellatrici AQVILÆ, ARMATO EQVITE fœderato;
Nunquam ſubuertendus Chriſtianitati MVRVS aſſurgit.
Cœlo, Terrâque, Chriſtiano Marti militaturi,
Talibus vtrinque præſidijs inſtruimur.
Mox viris, & viribus auctior Vladiſlaus;

Cognatis, Ciuilibuſque diſsidijs compoſitis;
Vtriuſque gentis arma, in Cruciferos vertit.
Nec ideò minùs Religioſum cogita.
Cruce inſigniti, nullâ tum non Cruce digni;
Vel ab eâ, quam gladijs præferebant;
Vel ab eâ, quam ſæpiùs meruerant, Cruce,
Cenſeri tum debuerunt.
Planè, *Inimici Crucis Chriſti:*
Dum profanam auri cupidinem, ferro promouent;
Per calcatas fœderum Religiones, & Religionum fœdera,
Impotenter, Regni iugulum impetentes;
Mitiſſimum Principem, vt ſe vinceret, cõegerunt.
Toties Pacis artibus tentatis, nec obtentis;
Non armis modò cum eis certauit:
Sed & precibus, Pietate, Religione, lacrymis.
Verùm, difficilè eſt perire volentes inhibere.
Rei ſacræ in tentorio, Regi pientiſsimo, intento,
Indignantes quòd tardiùs perirent,
(*Sæpè enim ad interitum vota noſtra properant;*
Et pudet pleroſq; tardè perire)
Binos mittunt gladios;
Non vnum ſcilicet victoriæ prognoſticon.
Inuictos ſe falsò, rati, ſuis ſaltem gladijs vincerentur.
Immo, nullius ferro crudeliùs perire poterant, quàm ſuo.
Addidit tumidus Crucigerorum Magiſter, arrogans conuicium.
Si, inquit, *campum arctum Rex habet, ego illi cedam meo.*
Dictum, Factum.

Mordax

Mordax Sarcaſmus, in veram tranſijt Prophetiam.
Ceſsit, ſed inuictis Polonorum gladijs deturbatus.
Si tamen ceſsiſſe, idem eſt quod cecidiſſe.
Adeò, *Spes nimiò plus tumida, facile crepat.*
Scitè olim Spem & Nemeſin, ſocias eſſe, commenti ſunt priſci.
Eadem Spei & Nemeſi Templa dicabantur.
Nam qui in Spem, nimiùm ambitioſus, peccat;
A vindice Nemeſi plectitur.
Sed verò, *Oraculum eſt cuiq; ſua Cupiditas.*
Plerumq; quod temerè vouemus, inconſultè ſperamus.
Ne verò ablque numeroſo ſuorum comitatu Orcum adiret,
Ambitioſus Cruciferorum Magiſter;
Quinquaginta ſuorum millia, ad Tartarum duxit:
Atque, vt aliquomodo muneris ſui nomen exequeretur,
Clade ſuâ docuit: *Nullum tumorem inuictum eſſe.*
Poterat tum GERMANICVS, dici Vladiſlaus,
Qui totam planè, ſub ſignis Crucigerorum, Germaniam, vicit:
Sed CHRISTIANVS BELLATOR dici maluit.
Exprobratam illi cunctationem, excuſauit Religio.
Satis, quippe, *citò inchoatur victoria, vbi prouiſum eſt, ne vincâre.*
Quanquam, nec alia Triumphi huius Auguria, defuêre.
A Crucigeris, fauſto exceptus contemptu Vladiſlaus,
Victoriæ indubitatum omen, ex hoſtili tumore accepit.
Non eſt nimium de fortuna præſumendum.
Meruit vinci, qui ſe vinci non poſſe putauit.
Nihil tutò, in victis etiam, deſpicitur:
Quid ſi adhuc victoria in medio eſt?
Alterum victoriæ omen erat, conſtans Principis Pietas.
Huius auſpicijs bellum feliciter inchoatum,
Non auſa eſt Fortuna corrumpere.

Digitized by Google

Dubites, Princepsné Religioſior? an Religio fortior?
Ad Aras caſurus, vel pro Aris;
In illa ipſa Ara, veriùs quam in acie,
Turgidos hoſtes, victoriæ immolauit.
Victoriam porrò, quam illi non tam militares Copiæ,
Quàm erecta in Deum Fiducia, & Cauſa melior dederat,
Totam Deo retulit, ne libato quidem ex ea Triumpho:
Adeò, vt pugnaſſe ille; Deus triumphaſſe videretur.
Tandem omni hoſtium genere profligato;
Quinquaginta duobus annis in Solio exactis;
Ampliùs, quàm acceperat Regnum reliquit.
Immò, quæ maior felicitas, meliùs.
Anno Chriſtianæ Reipublicæ, M. CD. XXXIV.
Regni ſui LII.

VLADISLAO IAGELLONI
PANEGYRIS LYRICA.
ODE I.

ABſiſte vulgus; dum popularium
Oblita laudum fiſtula, Regios
Euoluit & Faſtos, & ortus;
Et Lechici ſuper aſtra cæli,
Longo micantes ordine ſuggerit
Thalia Reges. Te, memori ſtylo,
O! Prime Iagelloniana
Gentis honor, per Apollinares

Incido

Digitized by Google

Incido lauros. hic tibi, nobile,
In eruditi vulnere corticis,
Viuet, perennibuſq́, Nomen
Sarmatiam irradiabit aſtris.

Ex quo Latini cultûs amantior,
Sublime ſacrâ tinctus aquâ caput,
Grandi Polonorum Tiarâ,
Et duplici radias in auro;

Per te Polonis finibus additi,
Non pœnitendo fœdere Littaui
Hæsêre; cognataſq́, iunctis
Viribus, appoſuêre vires.

Sic Chriſtiana gentis abenei
Creuêre MVRI. Sic bene mutui,
Inuicta, defenſo, Quirites,
MOENIA ſubſtituêre MVNDO.

Gaudet propinquis nexibus aſſeri,
Quodcunque robur? fortiùs emicat
Vnita virtus: ampliores
Iuncta Thetis, decumat procellas.

Quin & nitrati copia pulueris,
Sterni obſtinatos eruit aggeres:
Grandeſque collatis in vnum
Ex atomis tumuêre montes.

At bellicoſæ ſi qua decentiùs,
Fecêre gentes; hoc Tibi, Maxime
Iagello, debebit Polono, &
Littauico data Fama, Mundo.

Quanto Vitoldi fœd ra, & aurea
Quieta Pacis iura fideliùs

Sanxiſſe

Sanxiſſe non piger, rebelles
Aggrederis gladio Boruſſos?
Cum faſtuoſæ prælia Pruſſiæ
Aris calenti proruis impetu:
Faſtumq; Teutonum modeſto
Calce premens tumidos Magiſtri
Infringis auſus quid trepidos Duces?
Quid ſubiugatæ grandia Daciæ
Tributa dicam? quid trecentis
Prælia nobilitata palmis?
Quid eruditæ roſtra Academiæ,
Et ſacra doctæ Palladis atria,
Muſaq;, tranſlatuſq; quondam
E patrijs prope Phœbus oris?
Quid celſa Chelmæ Mitra; quid Inſulæ
Chijouienſi fœnore ditior;
Quid Vilna? Poſnenſeſq; Diui,
Et veteris monumenta Craci;
Quid tota magnæ Famæ Poloniæ,
Tibi Iagello debeat, arbitri
Nouêre cœli: nouit ille
Sarmatici genius Decori.
Volui citatum dum Lechus Iſtulam,
Bugumq; Roſſus, Vilnaq;, Viliam
Potabit; immaniq; vaſtos
Ionium vomet ore fluctus:
Dum per Polonæ ſaxa Podoliæ
Sonorus Iſter, grandia deſpuet
Fluenta; vectigalq; noſtris
Varta celer properabit agris,

Viues

Digitized by Google

Digitized by Google

Viues Poloni Maxime Nominis
Parens & auctor. te ſibi mutui
Menſes renarrabunt, & Anni.
Dumq; ſuos reparabis orbes,
Te ſeculari carmine Seculum
Quoduis; ſequenti dicere Seculo
Auebit: æternoq; cenſu
Quæq; tuas canet Hora laudes.

VLADISLAVS III.

POlonæ Felicitatis, breues deliciæ.

Vt *nullibi planè, magna Fortuna diuturna.*
Loco Prætextæ, Purpuram indutus;
Ingentem Patris genium, cum Diademate,
Facta, cum Sceptro, puer propè, accepit.
Optimo documento:
Generoſam indolem, non benè annorum numero definiri.
Vt *in editioribus collibus, plantatæ arbores;*
Ita, plerumq; ſublimes Heròùm animæ, præ alijs matureſcunt.
Ne tamen temerè ſibi Coronam Fortuna detuliſſe videretur
Aliquandiu dubitauit Polonia, an deferret?
Ergò ad ſiniſtram partem,

Qui negauerant deferendam, ſecedentibus;
Ab his, qui dexteram partem fuerant ingreſſi,
Rex inclamatus eſt.
Credo, id Fatis agentibus,
Ne tantæ dexteritatis futurus Princeps,
Siniſtris auſpicijs legeretur.
Sed, *ingentis animi magnitudo, Regni vnius anguſtijs non capitur.*
Nouus, & Patre Philippo Maior Alexander,
PLVS VLTRA impellitur;
Velificante magnis meditationibus Fortunâ, aut illudente.
Peſſimo ſuo, Regniq́ue malo,
Ad aureum Vngariæ Malum inuitatus;
Oblatum ab Vngaris Regnum, inuitus admiſit:
Summâ ſuâ voluntate tutatus eſt.
Vt ingentem Martiæ gloriæ ſitim, nec ferre poterat, nec tollere;
Tandem vt regnaret perſuaſus eſt:
Vbi pro Purpura, militare Sagum; pro Corona, Galeam;
Gladium, pro Sceptro ſibi afferri didiciſſet.
Mutuato, è D. STEPHANI capite, diademate coronatus;
Sanctiſſimas propagandæ ac propugnandæ
Chriſtianitatis cogitationes,
A Corona eiuſmodi, capiti ſuo ſenſit impreſſas.
Mox ſecundis auſpicijs, Amurathe ab Vngaria reiecto,
Magnas ſuorum ſpes, in ſui venerationem erexit.
Seruare, nimirum, prius eos maluit,
Quibus poſtea imperaret.
Lechicus planè Alexander,

Maior,

Digitized by Google

Maior, quàm vt eum erepta Amurathi, Macedonia, caperet;
Bulgariam, Raſciam, Romaniam, victorijs ſuis, emenſus:
Triginta Turcarum millibus, Chriſtianæ Nemeſi immolatis,
Iuſtum, Orbis Terrori, metum incuſſerat.
Aſt, heu! *nulli arbori facilius ſurculus, inſeritur,*
Quàm Lauro Cupreſſus!
Quæ communem ſtaturam excedunt Felicitates,
Vt plurimùm Tragicæ eſſe ſolent.
Speciem ingentis gloriæ, vehementiùs, quàm cautè appetens;
Duxerat iterum contra Amuratem, Vladiſlaus.
Tot de eo reportatæ victoriæ, pignus eſſe poterant futuratum.
Magnum, quippe, *ad maiora gerenda incitamentum eſt,*
Magna geſſiſſe.
Præteritæ gloriæ memoria, ſtimulus eſt ad futuram.
Acceſsit ad tot incitamenta, pia Neceſsitas.
Dux vniuerſæ Rei Chriſtianæ, inclamatus;
Tanti Muneris maieſtatem, laudis auidiſſimus, auidè arripuit.
Quoddam, enim, *magnæ virtutis æſtrum eſt, magnæ gloriæ.*
Ieti cum Turca fœderis nexus, fruſtra hîc obijcias.
Soluti ei fuêre, non ab eo rupti.
Publicis totius Chriſtianæ Reipublicæ commodis,
Priuatas Regnorum ſuorum Fortunas,
Immò, ſe etiam libenter impendit.
Tandem, turpè ratus, pro adeò bona cauſa ſerò vincere,
Aut non citò mori:
(*Minuit*, enim, *victoriæ gloriam, mora vincendi.*)
Exiles Copias, ingenti hoſtium multitudini obiecit.

Digitized by Google

Et verò, tardas Christianorum Principum suppetias,
Vnus ipse abundè suppleuerat;
Si ingenti animo, par Fortuna respódere voluisset, aut potuisset.
Verùm, dum hanc non prosequi tantùm,
Sed etiam præire, fortiùs, quàm cautiùs, contendit;
Ab ea destitutus est.
Ita, ad Varnam,
Vt solent fortissimi, vt fortunatissimi vellent,
Non cedendo, sed cædendo cæsus;
Cadere maluit, quàm cedere.
Id est, cùm Orbis Christiani fato, vincere non potuerit,
Grandem se, pro tota Christianitate, victimam deuouit.
Nec est cur cladis illius inuidiam, Vladislao affingas.
Iniquissima hæc bellorum conditio est:
Prospera, omnes sibi vendicant;
Aduersa, vni imputantur.

VLADISLAO III.

PANEGYRIS LYRICA.

ODE II.

VT te remoti ad Pergama Pannonis,
Inominato sparsus ab alite,
Inuicte Vladislae, Rumor
Barbarico cecidisse ferro

Vulgauit

Digitized by Google

Vulgauit olim: dicitur illicò
Fecuisse ſpreta Mars ſine Laureâ;
Suis & exceſſiſſe Caſtris,
Et galea, manibusq; mœſtos
Texiſſe vultus. Tunc lacrymabili
Obuerſa terra ſpicula, protinus
Enſeſq;, & armati furores,
Et vidua gemuêre tanto
Ductore turmæ. Triſtior illicet
Mœſtum locutus buccina claſſicis
plorauit; atrataq; vires,
Sub tetrico latuêre peplo,
Ter te fugacis miles Amurathis,
Ter Tauricanæ mœnia Raſcia,
Totis adorarunt ruinis
Ter Domino, Geta trux, clientem
Porrexit herbam. Sed nihil (hêu dolor)
Mortale longum! Quâ fauet; hâc ferit
Bellona dextrâ; & inter ipſos
Laurus amat perijſſe plauſus.
Sic ille primo mane ſuperbior,
Primo Triumphus veſpere corruit:
Et ſæpe victores Corymbi, in
Funereas abiêre taxos.
O digna magno progenies Patre!
Sublime pectus; non puerilium
Pectus Trophæorum, & Poloni
Emeritum radios Honeſti!
Seu te benigni ſideris halitu
Fecunda Virtus, in Lechicas rudem

Effudit auras : ſiue magni
Ipſa ſoror, pugilem, Gradiui,
Inter ſeuerum murmur, & horridas
Nutriuit iras. te cupido Patri,
Cruenta nil olim timentem
Tela, nec Ædonio tepentes
Thoraces imbri, ſapè trementibus
Nutrix futuri præſcia roboris,
Porrexit vlnis, & viriles
Suppoſuit puero ſagittas.
Tunc poſt recentis claſſica prælij
Adhuc minacis per pharetras Patris,
Toruoſq; reptaſti per enſes,
Et nimio calidas cruore,
Jam curioſis, tunc etiam ferox,
Haſtas & arcus tendere brachijs
Non pertimeſcebas, Paternam
Spem teneris animans querelis.
Quantus Polonis finibus Hercules!
Quantus ſecundi Nominis Annibal,
Iaſonq; creſcebas! Gelonis
Excidium minitans Mycenis.
Sed te rapaces crediderim ſolo,
O! Magne victi terror Amurathis,
Laudiſq;, maturumq; Famæ,
Ocyus eripuere cœli,
Ne quid ſupremis nubibus altius
Ipſoq; maius, ſub Lechicis, polo
Vernaret aſtris! Sic capaces
Inuidiæ rapit hora moles.

Seuera ſed quid Fata? quid inuida
Contra virilis ſtamina gloriæ
Poſſent ſorores? Viuit olim
Immemorem ſuperaſſe Lethen
Conniſa Virtus. Sola nequit mori
Quæ bellicoſis immoritur iugis
Fortuna: cœleſtiqúe magnum
E tumulo, caput æquat orbi.

Vtcunq; mœſta ſub penetralibus
Arctaris vrnæ; te tamen integra
Seges Coronarum, & Polonum
Perpetuo decus ambit auro.

O Chriſtiani roboris! & ſacri
Fulmen Gradiui! te Latij graues
Fleuêre, Vladiſlae, Mitræ, te-
Auſonij diadema Patrij.

Fruſtra reciſi fœderis impium
Te damnat hoſtis: dum fera publico
Tyrannis inſtat, ſingulare
Arma queat cohibere fœdus!

CASIMI-

CASIMIRVS II.

PAternis Fraterniſque auſpicijs felicior, quàm ſuis.
Vtriuſque Fortunam, fato quodam temperauit.
Dubites, pluſné huic Polonia? an ille Poloniæ debuerit?
Primum tamen hoc demeritum Caſimiri in Poloniam fuit,
Quòd pendente inter Spem metumque Regni Fortunà;
Ad felicitatem ſuam cogi debuerit.
At non primum Poloniæ in Caſimirum meritum;
Quod renuenti, Sceptrum toties ingeſſerit.
Sed verò, *raro benè reſpondent, malè coacta ingenia.*
Infra Spem & expectationem;
Mox, & infra ſuorum æſtimationem abiectus:
Fratris deſideria irritauit veriùs, quàm ſedauit.
Nunquam Vladiſlaum, magis ſe amiſiſſe ſenſit Polonia;
Quàm cùm imperare Caſimirus cæpiſſet.
Vt diutiùs ille deſideraretur; iſte fecit.
Quippe, anguſtiore, quàm vt duorum Populorum
Amores caperet animo;
Dum nimiò plus Lituaniæ fauere putatur;
Offendit Poloniam.
Aut certè; incautè vtriuſque fauores moderatus;
Pænè Ducatum, Regno commiſit.
Solis naturam Principes imitari neceſſe eſt:
Qui omnibus communis, omnes ſtellas æquè luſtrat, ac illuſtrat.
Alias, *quidquid ſingulari Principis fauore, vni impenditur,*
Omnium iactura eſt.

Ita diſtra-

240
CASIMIRVS II.

Ita distracto, inter amores, & odia imperio;
Vtriusque gentis arbitrijs, fluctuantem permisit Maiestatem:
Et dum alterutri impari se conatu impendit,
Parum abfuit, quin vtriusque dispendium feciſſet.
Tot ſuſpicionibus, Regni auſpicia infamata,
Nihilò ſecundiores habuêre ſucceſſus.
Difficile enim *eſt, malè initiata arbitria corrigere.*
Neſcio, quid adeò fatidicum Principum Principijs ineſt.
Ex illis, vt plurimùm, æſtimantur.
Nullibi magis præiudicia valuêre.
Diuturno cum Crucigeris Marte, implicatus:
Varium cum illis bellum, multis annis,
Traxit veriùs, quàm geſsit.
Mariæburgum, aliaque Regni propugnacula, ab hoſte occupata,
Auro maluit redimere, quàm ferro.
Siue, quòd, magis parcendum fuerat ſuorum ſanguini,
Quàm æri:
Siue quòd, *nulla machina oppugnandis arcibus potentior,*
Quàm Pecunia.
Sæpiùs, Mars, Pluto; Monetæ, Bellona ſuccumbit.
Nimis verum, illud Philippi oraculum,
Non ſatis tutum id propugnaculum
Ad quod, auro grauis Aſellus, poſſit penetrare.
Proſperiore tamen bellum id coronatum fuit ſucceſſu:
Nam pro triumphali lauru,
Herbam Oleamque porrigente hoſte;

Ad Regios pedes prouolutus Crucigerorum Dux,
Maluit Polonæ lenitati ſuccumbere, quàm ferro.
Id eſt cecidit; ne cæderetur, aut caderet.
Cæterùm, Fortunæ ſuæ, nec omninò capax, nec potens,
CASIMIRVS,
In multis viſus eſt, alienæ magis felicitati laborare,
Quàm ſuæ.
Crebris exactionibus non minùs ſibi, quàm ſuis grauis;
In pleriſque, quæ geſſit bellis,
Aureâ Cæſaris Fortunâ caruiſſe viſus eſt.
Nimirum *belli, pecunia, neruus eſt.*
Quis porrò ſucciſis manuum neruis, telum vibret, aut gladium?
Mars ſine auro inermis propè creditur.
Inopia argenti, validiſſima arma reddit inermia.
Fauentiorem tamen præ Deabus alijs Lucinam expertus,
Quidquid in ſe deſideratum fuerat, à ſuis,
Numerosâ prole expleuit.
Rarâ felicitate, Quatuor Regum, Parens,
Diuorum etiam numerum auxit.
Diuo CASIMIRO, inter Cœlites relato;
Nomen ſuum in Filio dedicatum, cœlo intulit.
Fato eius accenſus in àére Cometes, ferali crine præluxit,
Cœlo funebrem ei facem præferente.
Immò & tres Soles in cœlo exorti,
Occaſum eius illuſtrârunt.
An quia Polonæ Serenitatis orbitatem,

Tanto

Digitized by Google

Tanto fenore Superi vellent reponere?
An quòd plurimas Regno impendentes calamitates,
Impensiùs, Mundi Oculus, cuperet deplorare?
Sedit in Solio, annis quinque supra quadraginta.
Elatus Anno Christi, M. CCCC. XCII.

CASIMIRO III.

PANEGYRIS LYRICA,

ODE III.

JAgello magnis, Optime; Maxime
Iagello Fatis? sidereos tibi
Plausus, coronandasq; latè, in
Sarmatici statione cœli
Insculpo laudes. Vt procul aurea
Hinc inde vastis sidera passibus,
Totumq; cœlorum lacunar,
Ad docilis pia iussa scalpri
Feruntur vltrò? te patiens styli
Arctos, coacta nubis anhelitu
Suspirat; Arcturumq;, & ipsas
Pleiadas, Geminosq; feste
Præcurrit igni: te Borealibus,
Quamuis severo candida frigore,
Effinget inscriptum pruinis,
Et Getica super arua brumæ,
Pugnata quondam prælia, Dacicis
Narrabit agris. Te Pomerania,

Te Culma, Michałouiedz
Nunc etiam fremit ora terra.
Hic ſempiternas, hîc tib', maximis
Iagello Regum maior adoreis
Inſcribo laudes; hîc diſertis
Vulneribus cupidos ſecari,
Apollinaris verbere pectinis
Sculpo Planetas. Te placido Phanes
Demulſit ore: te cruento
Hoſpitium potius Gradiuo
Blandùm coruſcis poſtulat ignibus.
Te Sphæra magni poſcit Orionis:
Toruiedz, ſi placet, Bcótæ,
Sidereum tibi ſeruit aſtrum.
Te ſubiugatis Vrſa minor Polis,
Tuiedz quondam teſtis & arbiter
Arcturus orbis; te patenti
Magnanimis celebrem trophæis,
Inuitat aſtro. Iam tibi ſubditus
Iſter negatum cum Borealibus
Feudum procellis, obſequenti
Fundit aqua, dominumdz rurſus
Agnoſcit aurum. Te pedibus minor
Bohemus olim ſpontè cadentibus
Adorat armis, & clientes
Cum Trabeis, Soliodz Mitras,
Regnidz totum pondus; & aurea
Formidoloſi culmina Pannonis,
Faſceſdz, Faſciumdz leges,
Alma, tuo, dicat, Alba, nato.

Hinc illa tandem, ſe tibi teſtibus,
Inſcripta pandet gloria, litteris:
Totumq; peruagata cœlum
Empyreos tibi pandet orbes.

Illo beatum fornice te meus,
Inter fauentûm murmura nubium
Inſcribet auſus, aureoſq;
Erudiet tua facta cœlos.

Hinc, te, minorum non ſine ſiderum,
Et purioris plauſibus ætheris,
Regumq;, Regnorumq;, Patrem
Quæq; ſuus leget Hora ſtellis.

Inducta picto nomina marmori
Plerumque turpi ſors quatit impetu:
Hæc ſola laus durabit olim
Quam ſolidi feret ora cœli.

IOANNES ALBERTVS.

NVſquam ſplendidiùs hoſpitatæ ſunt Muſæ,
Quàm in Regio Ioannis Alberti pectore.
Multam eis Adoleſcentiæ partem dedicauit:
Tum, vt primum ætatis florem,
Numinibus hiſce deberi edoceret;
Tum, vt in ipſo literario puluere,
Lecturis Principibus inſcriberet,
Præſtabilius eſſe ornamentum Regio capiti,
A Sapientia, quàm à Tiara.
Regnare, Fortunæ quandoq; beneficium eſt: ſapere virtutis.
Hiſtoricis imprimis, Aſtronomiciſque commentationibus,
(Quaſi adeò ſublime ſtudium, Reges maximè deceat)
Impenſiùs delectatus eſt.
Nullum, aſſerens, *dignius Principe Otium,*
Illo, quod Literarium appellamus.
Neque humanior Muſarum cultus,
Natam armis indolem effeminauit.
Nec Mars Apollini, nec Bellona Palladi obicem ponit.
Vtraque hæc Nomina armata ſunt:
Vtriſq; Palmæ & Lauri communes.
E literario puluere, in militarem arenam digreſſus;
Cæſo, fuſoque Paternis auſpicijs, ingenti Tartarorum exercitu,

Vtram-

246
IOANNES ALBERTVS

Digitized by Google

Vtramque Laurum, par Cæſari, meruit.
Hungarico tamen Diademati à Patre deſtinatus,
A Fortuna deſtitutus eſt.

Parum aberat,

Quin Purpuram, ſuâ, aut fraternâ cæde fæderaret.
Vbi, enim, *Regnandi libido, animum peruaſerit,*
Nulla, ſatis firma, cognati ſanguinis neceſſitudo.
Paterno Sceptro potitus, à Fortuna deſertus:
In ipſo Regni limine, in ſuorum odia impegit.
Non quòd Regno impar videretur:
Sed quòd dignas Throno virtutes, vitia quædam corrupêre.
Ita, eximiam pulchritudinem, exilis ſapè nauus infamat.
Ergò maiori ſupra Regnum genio:
Minore, infra genium, fortunâ, viſus:
Dum elatiori, quàm Libera gens pateretur, ſupercilio nititur;
Infra multorum vota amoreſque iacuit.
Opprimendæ Libertatis, fruſtra ab aliquibus inſimulatus;
Tam indignæ opinionis, inuidiam Calimacho debuit.
Qui ex Italia profugus, dum in Polonia Aſylum quærit,
Peſſimis eam artibus inficit;
Illius Libertati inſidiatus, quæ ne ſeruiret, aut periret, effecit.
Adeò, *dirum in ſinu ſerpentem alit, qui ingratum recipit.*
Eo in pleriſque Conſultore, vſus Princeps,
Multis ſe ſuorum ſuſpicionibus, inconſultò permiſit.
Peregrina enim *Conſilia, nunquam vernaculis odijs caruerunt.*

Seruire alibi nati,

Dum ex genio ſuo, liberæ gentis momenta librant;

Iuſtiſſi-

Iuſtiſsimas ſæpè incurrunt offenſas.
Quis enim *Libertorum, bene de Libertate arbitretur?*
Ita, dum externos Hæphestionas,
Ad meditationum ſuarum arcana admittit;
Ipſe ſibi in pleriſque Conſul, ipſe Cæſar, ipſe Dictator;
Aites Imperij, ſeu bonas, corrupit; ſeu malas, fecit nequiores.
Gloriæ & Regni propagandi, auidiſsimum,
Nullibi par Fortuna ſecuta;
Magnos vbique, magni animi, conatus deſtituit.
In bello Moldauico, ſuiſmet artibus circumuentus;
Ictoque fœdere, fædè profligatus:
Exaggegante dolos, dolore multiplici;
Ferales, ex hoſtilibus ſyluis, taxos retulit.
Hinc tamen, quaſi re optimè geſtâ, redux;
Cùm Martis Laurum non poſſet;
Hederas, Liberi Patris, inuaſit:
Et fædis Liberalibus, fædiora miſcuit Floralia.
Par Neroni, in Maieſtatem dedecus admiſſum;
Pari mulctatum eſt pœnâ
Quippe, Liber, in Regno libero, nimiùm liber;
Dum nec cladis ſuorum, nec ſui memor Princeps,
Malè elocatos furores, intempeſtiuis releuat amoribus:
Cæco nocturnorum Hilariorum vulnere,
Maieſtatis admonitus, didicit,
Non benè tenebris eiuſmodi, Regiam Serenitatem committi.
Rarò tutus, totus Princeps latuit.

Nec

Digitized by Google

Nec vlla Larua, totum Principem tegit.
Non aliter ei quàm Soli latere contingit.
Deniq; nec foris, nec domi fauentiorem Fortunam expertum,
In Turcici belli meditatione, mors aggreſſa;
Inſperato fato, magna voluentem, oppreſsit.
Næ ille tamen inultos Chriſtiani nominis hoſtes reliquerit.
Ipſe pro eo militauit æther; ipſa vicerunt ſidera.
Indigniſſimi Turcæ,
In quos grauiùs, iuſtus furor exardeſceret;
Tempeſtiuiſſimâ tempeſtate deleti, hybernis frigoribus periêre.
Regnauit IOANNES ALBERTVS, non integro Nouennio.
Princeps nulli Principum militari gloriâ ſecundus,
Si tantæ Fortitudini, par Fortuna reſpondere voluiſſet.

IOANNI ALBERTO
PANEGYRIS LYRICA.
ODE IV.

Pollinari, ſi qua fides metro,
Sub purpuratis ſæpe rudes latent
Mentes Tiaris, nec ſub vna
Sceptra iacent, calamiq́ue Lauru.
Stellata Regem non facit Infula:
Non miſta ſtrictis æra ſecuribus;
Non pompa; denſatuſq́ue quondam
Vel famulis Honor à trecentis

Vel Patriorum iam propè Nominum
Obtutus heres: non radiantia
Vel ſceptra, vel ſtipatus omni
A populo, Trabeiſq; Princeps.
Non fixa ſummo laurea vertici,
Aut rariorum ſanguine vermium
Mentita veſtis; aut videri
Impatiens, nimijsq; ferrum
Illuſtre gemmis. qui caput aureo
Frontemque clauſit ſidere, ſæpiùs
Mentemq; liberumq; grandi
Obruit ingenium Tiarâ.
Hic cûi modeſtæ lux Sapientiæ,
Docto coronat tempora lumine,
Rex eſto; ſubditumq; totus
Non dubij moderetur Orbem
Honore ſceptri. Sic tibi maximè
Olim Poloni Phoſphore Nominis,
Muſæq;, Muſarumq; cultus,
Sic memores ſtabiliuit annos
Diuina Pallas. Te Aonidum frequens
Hinc, inde, docto exercitus agmine,
Ambibat; adſtantesq; Libri.
Hinc facilis genius Saluſtij,
Hinc eruditi pagina Curtij,
Tuiſq; dignus Cæſar amoribus
Et Rege lectore: hinc Latinos
Scipiadas, Marioſq; felix
Tibi decoro Liuius ordine
Narrabat auctor; non tibi Martijs

Perſare

Verſare Iuſtinos lacertis,
Non Tacitos pudor eſt eâdem

Tractaſſe dextrâ, quâ ſacra Lechiæ
Vel ſceptra nuper, vel faciles regi
Faſces gubernabas; Polonus
Dignæ caput radiare Mitræ.

Sic cùm doloſæ fraus mala Daciæ;
Incauto ferocem robore militem,
Et verſa iam vexilla, propter
Fagineos tibi fudit agros,

Te fracta magna robora Græciæ;
Te victus, & mox Victor Anicius;
Caſæq; pacauêre Cannæ,
Quas Latij gemuêre Faſti.

IOANNES ALBERTVS.

NVſquam ſplendidiùs hoſpitatæ ſunt Muſæ,
Quàm in Regio Ioannis Alberti pectore.
Multam eis Adoleſcentiæ partem dedicauit:
Tum, vt primum ætatis florem,
Numinibus hiſce deberi edoceret;
Tum, vt in ipſo literario puluere,
Lecturis Principibus inſcriberet,
Præſtabilius eſſe ornamentum Regio capiti,
A Sapientia, quàm à Tiara.
Regnare, Fortunæ quandoq; beneficium eſt: ſapere virtutis.
Hiſtoricis imprimis, Aſtronomicisque commentationibus,
(Quaſi adeò ſublime ſtudium, Reges maximè deceat)
Impenſiùs delectatus eſt.
Nullum, aſſerens, *dignius Principe Otium,*
Illo, quod Literarium appellamus.
Neque humanior Muſarum cultus,
Natam armis indolem effeminauit.
Nec Mars Apollini, nec Bellona Palladi obicem ponit.
Vtraque hæc Nomina armata ſunt:
Vtriſq; Palmæ & Lauri communes.
E literario puluere, in militarem arenam digreſſus;
Cæſo, fuſoque Paternis auſpicijs, ingenti Tartarorum exercitu,

Vtram-

Digitized by Google

Vtramque Laurum, par Cæſari, meruit.
Hungarico tamen Diademati à Patre deſtinatus,
A Fortuna deſtitutus eſt.
Parum aberat,
Quin Purpuram, ſuâ, aut fraternâ cæde fæderaret.
Vbi, enim, *Regnandi libido, animum peruaſerit,*
Nulla, ſatis firma, cognati ſanguinis neceſſitudo.
Paterno Sceptro potitus, à Fortuna deſertus:
In ipſo Regni limine, in ſuorum odia impegit.
Non quòd Regno impar videretur:
Sed quòd dignas Throno virtutes, vitia quædam corrupêre.
Ita, eximiam pulchritudinem, exilis ſapè nauus infamat.
Ergò maiori ſupra Regnum genio:
Minore, infra genium, fortunâ, viſus:
Dum elatiori, quàm Libera gens pateretur, ſupercilio nititur;
Infra multorum vota amoreſque iacuit.
Opprimendæ Libertatis, fruſtra ab aliquibus inſimulatus;
Tam indignæ opinionis, inuidiam Calimacho debuit.
Qui ex Italia profugus, dum in Polonia Aſylum quærit,
Peſſimis eam artibus inficit;
Illius Libertati inſidiatus, quæ ne ſeruiret, aut periret, effecit.
Adeò, *dirum in ſinu ſerpentem alit, qui ingratum recipit.*
Eo in pleriſque Conſultore, vſus Princeps,
Multis ſe ſuorum ſuſpicionibus, inconſultò permiſit.
Peregrina enim *Conſilia, nunquam vernaculis odijs caruerunt.*
Seruire alibi nati,
Dum ex genio ſuo, liberæ gentis momenta librant;

Iuſtiſſi-

Iuſtiſsimas ſæpè incurrunt offenſas.
Quis enim *Libertorum, bene de Libertate arbitretur?*
Ita, dum externos Hæpheſtionas,
Ad meditationum ſuarum arcana admittit;
Ipſe ſibi in pleriſque Conſul, ipſe Cæſar, ipſe Dictator;
Artes Imperij, ſeu bonas, corrupit; ſeu malas, fecit nequiores.
Gloriæ & Regni propagandi, auidiſsimum,
Nullibi par Fortuna ſecuta;
Magnos vbique, magni animi, conatus deſtituit.
In bello Moldauico, ſuiſmet artibus circumuentus;
Ictoque fœdere, fædè profligatus:
Exaggegante dolos, dolore multiplici;
Ferales, ex hoſtilibus ſyluis, taxos retulit.
Hinc tamen, quaſi re optimè geſtâ, redux;
Cùm Martis Laurum non poſſet;
Hederas, Liberi Patris, inuaſit:
Et fædis Liberalibus, fædiora miſcuit Floralia.
Par Neroni, in Maieſtatem dedecus admiſſum;
Pari mulctatum eſt pœnâ
Quippe, Liber, in Regno libero, nimiùm liber;
Dum nec cladis ſuorum, nec ſui memor Princeps,
Malè elocatos furores, intempeſtiuis releuat amoribus:
Cæco nocturnorum Hilariorum vulnere,
Maieſtatis admonitus, didicit,
Non benè tenebris eiuſmodi, Regiam Serenitatem committi.
Rarò tutus, totus Princeps latuit.

Nec

Nec vlla Larua, totum Principem tegit.
Non aliter ei quàm Soli latere contingit.
Deniq; nec foris, nec domi fauentiorem Fortunam expertum,
In Turcici belli meditatione, mors aggreſſa;
Inſperato fato, magna voluentem, oppreſsit.
Næ ille tamen inultos Chriſtiani nominis hoſtes reliquerit.
Ipſe pro eo militauit æther; ipſa vicerunt ſidera.
Indigniſſimi Turcæ,
In quos grauiùs, iuſtus furor exardeſceret;
Tempeſtiuiſſimâ tempeſtate deleti, hybernis frigoribus periêre.
Regnauit IOANNES ALBERTVS, non integro Nouennio.
Princeps nulli Principum militari gloriâ ſecundus,
Si tantæ Fortitudini, par Fortuna reſpondere voluiſſet.

IOANNI ALBERTO
PANEGYRIS LYRICA.
ODE IV.

Apollinari, ſi qua fides metro,
Sub purpuratis ſæpe rudes latent
Mentes Tiaris, nec ſub vna
Sceptra iacent, calamiq́ue Lauru.
Stellata Regem non facit Infula:
Non miſta ſtrictis æra ſecuribus;
Non pompa; denſatuſq́ue quondam
Vel famulis Honor à trecentis

Vel Patriorum iam propè Nominum
Obitus heres: non radiantia
Vel ſceptra, vel ſtipatus omni
A populo, Trabeiſq; Princeps.
Non fixa ſummo laurea vertici,
Aut rariorum ſanguine vermium
Mentita veſtis; aut videri
Impatiens, nimijsq; ferrum
Illuſtre gemmis. qui caput aureo
Frontemque clauſit ſidere, ſæpiùs
Mentemq; liberumq; grandi
Obruit ingenium Tiarâ.
Hic cùi modeſta lux Sapientiæ,
Docto coronat tempora lumine,
Rex eſto; ſubditumq; totus
Non dubij moderetur Orbem.
Honore ſceptri. Sic tibi maximè
Olim Poloni Phoſphore Nominis,
Muſæq;, Muſarumq; cultus,
Sic memores ſtabiliuit annos
Diuina Pallas. Te Aonidum frequens
Hinc, inde, docto exercitus agmine,
Ambibat; adſiantesq; Libri.
Hinc facilis genius Saluſtij,
Hinc eruditi pagina Curtij,
Tuiſq; dignus Cæſar amoribus
Et Rege lectore: hinc Latinos
Scipiadas, Marioſq; felix
Tibi decoro Liuius ordine
Narrabat auctor; non tibi Martijs

Perſare

Verſare Iuſtinos lacertis,
Non Tacitos pudor eſt eâdem

Tractaſſe dextrâ, quâ ſacra Lechiæ
Vel ſceptra nuper, vel ſaciles regi
Faſces gubernabas; Polonus
Digne caput radiare Mitrâ.

Sic cùm doloſæ fraus mala Daciæ;
Incauto ferocem robore militem,
Et verſa iam vexilla, propter
Fagineos tibi fudit agros,

Te fracta magna robora Græciæ;
Te victus, & mox Victor Anicius;
Caſæq; pacauêre Cannæ,
Quas Latij gemuêre Faſti.

Vel Patriorum iam propè Nominum
Obitus heres: non radiantia
Vel ſceptra, vel ſtipatus omni
A populo, Trabeiſq; Princeps.
Non fixa ſummo laurea vertici,
Aut rariorum ſanguine vermium
Mentita veſtis; aut videri
Impatiens, nimijsq; ferrum
Illuſtre gemmis. qui caput aureo
Frontemque clauſit ſidere, ſæpiùs
Mentemq; liberumq; grandi
Obruit ingenium Tiarâ.
Hic cûi modeſta lux Sapientiæ,
Docto coronat tempora lumine,
Rex eſto; ſubditumq; totus
Non dubij moderetur Orbem.
Honore ſceptri. Sic tibi maximè
Olim Poloni Phoſphore Nominis,
Muſæq;, Muſarumq; cultus,
Sic memores ſtabiliuit annos
Diuina Pallas. Te Aonidum frequens
Hinc, inde, docto exercitus agmine,
Ambibat; adſiantesq; Libri.
Hinc facilis genius Saluſtij,
Hinc eruditi pagina Curtij,
Tuiſq; dignus Cæſar amoribus
Et Rege lectore: hinc Latinos
Scipiadas, Marioſq; felix
Tibi decoro Liuius ordine
Narrabat auctor; non tibi Martijs

Verſare

Verſare Iuſtinos lacertis,
Non Tacitos pudor eſt eâdem

Tractaſſe dextrâ, quâ ſacra Lechiæ
Vel ſceptra nuper, vel faciles regi
Faſces gubernabas; Polonus
Dignæ caput radiare Mitræ.

Sic cùm doloſæ fraus mala Daciæ;
Incauto ferocem robore militem,
Et verſa iam vexilla, propter
Fagineos tibi fudit agros,

Te fracta magna robora Græciæ;
Te victus, & mox Victor Anicius;
Cæſæq; pacauêre Cannæ,
Quas Latij gemuêre Faſti.

ALEXANDER.

PAr Magno Macedoni nomen;
Par in pleriſque animus: ſola impar Fortuna.
Hanc veriùs luctatricem nactus, quàm adulatricem;
Difficillima initia, fauſto exitu coronauit.
E Ducatu Lituaniæ, ad Regnum euocatus;
Vnionem Lituanorum pretioſiorem reddidit,
Quia arctiorem.
Supra alios ſui generis Munificus, & Liberalis;
Dum opulenta benè meritis præmia elargitur:
Breui effecit, vt plures eſſent qui mererentur.
Auctis enim *præmijs, augentur merita.*
Aliàs, *vix quiſpiam mortalium gratuitò bonus eſt.*
Illud tamen in eo, quorundam calumniatus eſt Liuor,
Quaſi non daret beneficia, ſed proïjceret;
Nec turpiſſimum vitaret damni genus, inconſultam Donationem.
Non iniuſta hæc de Principe querela, ſi vera fuiſſet.
Quod datur temerè, beneficij nomen non meretur.
Ea Liberalitas, quam iudicium, & ratio deſtituit,
Aut effuſio eſt, aut iactantia.
Verùm fruſtra hæc de Alexandro iactabantur.
Nimirum, *nec ipſæ Imperantium virtutes,*
Cenſurâ caruêre populorum.
Vulgi arbitrium, etiam ſupra Principes eſt:
Nec quidquam in magna Fortuna difficiliùs;

Quàm

Digitized by Google

252
ALEXANDER 9

Quàm omnium ſe arbitrijs approbare.

Laudabilem Parſimoniam, ſordidæ tenacitati;
Liberalitatem Regiam, inconſultæ prodigalitati;
Facilè rude vulgus aſſuit.
Ita tunc, fuit non nemo qui aſſereret,
In tempore Alexandrum fato ſuccubuiſſe:
Ne, ſi diutiùs imperaret,
Omnem Poloniam, Lituaniamque prodigeret.
At verò, *ſic donare Princeps debet, vt ſemper poſſit.*
Regia Liberalitas nimia liberalitate exhauritur.

E Stoici formula,

Sic egenti dandum eſt, vt ipſe non egeas.

Sed facile ab hac calumnia, vindicatur Munificus Princeps.
Immortalitatem merituro Principi,
Nullum impendij genus dignius eſt, quàm quod in ſuos erogatur.
Nihil ſe magis habere ratus,
Quàm quod in ſuorum manibus depoſuiſſet:
Quò plura erogauerat; eò ſe credidit ditiorem.
Neque eſt cur eam Principi neceſſitatem imponamus;
Vt rigidiori trutinâ ſubditorum merita examinet.
Munificus ac liberalis Princeps,
Non aliam quandoq; cauſam dandi requirit, quàm ſemel dediſſe.
Ne verò, Alexander, plura poſſe videretur numerato ære,

Quàm ſtricto;

Muneratis ſuorum manibus; Auro, Laurum addidit.
Stephanum Moldauiæ Palatinum,
Primùm, è malè occupatâ Pokucia, mox & è vita expulit.

Victus, fugatusque, collectum è fuga spiritum exspuit;
Nusquam ab insequentium Polonorum armis securus,
Nisi suo se sepulchro abdidisset.
Paternis vestigijs, Bogdanus insistens;
Ne à Paterna Fortuna, degener esset, armis Alexandri effectum.
At non eâdem Fortunâ, cum Tartaris bellatum est.
Nisi, hîc etiam victoriæ nostræ fauisse eam dicas,
Vel insciam, vel inuitam.
Centum fermè millibus captiuorum,
E Patria abductis, effectum;
Vt breui postea, à paucioribus, prædones Scythæ, vincerentur.
Plurimis eorum millibus, à paucis nostrorum trucidatis;
Anteactæ ignominiæ labem, barbarus cruor, ritè abluit.
Ne cladis quidem nuntio in Tauricam dimisso,
Integram, Alexandro, iam iam exspiranti, victoriam reliquêre.
Qui suorum victoriæ apud Superos interpres futurus;
Tot funeri suo Inferijs præmissis, lætus & ipse, Leto concessit.
Vtrâque palmâ conspicuus,
Manib⁹ ad cœlum porrectis, victoriam cœlo acceptam referens,
Victoriarum Domino, victorem Spiritum reddidit.
Id est vicit, simul, & vixit.
Egit in vita Annos XLVI, in vitta non integros V.
Cœleste Capitolium triumphaturus subijt,
Anno triumphatæ mortis, M. CCCCC. VI.
Compendiosius vitæ eius Elogium quæris?
Illud accipe,
Quod olim magno Alexandro, non minor Demosthenes, dedit.
Nihil in fortuna sua maius habuit; quàm vt posset:
Nihil melius; quàm vt vellet, benefacere.

ALEXAN-

Digitized by Google

ALEXANDRO PANEGYRIS LYRICA, ODE V.

AT non ijſdem quæſq; nepotibus
Superbit ætas. hæc placidum ſpei
Produxit Auguſtum; hæc Neronem,
Et rigidos peperit Tyrannos.
Hâc parcus iræ, nec Patrij potens
Furoris Heres, belligero a patre
Abhorret; & contecta duro
Membra fugit tetigiſſe ferro.
Tu verò Magni maxima Nominis
Propago, cuius ſideris aureo
Affiaris ortu? cuius olim
Sorte Dea, Lechico beatus
Donaris Orbi? protinus inclyta
Te liberali Munificentia
Nutriuit aurâ; te negare
Difficilis, facilisq; pronâ
Donare dextrâ Gratiâ, candidis
Geſtauit vlnis. Mox vbi Regia
Accenſus argento Tiara
Sarmaticum moderaris Orbem
Tunc & remoti fabula Lydij,
Fideliori gurgite Regia,

Pactolus immigrauit aulæ:
Tunc liquido ſatur Hermus auro.

Inter Poloni littora Viſtulæ,
Tandem vetuſto transfuga ab alueo
Ceſſiſſe; Sarmatiſq; fertur
Munificos decumaſſe fluctus.

Tunc & tuorum robora militum,
Nunquam petito munificentior
Accendis auro. Dignus auro,
Nempe fuit, cui dulce ferrum eſt.

Illà beatus, caterà egentior
Virtute Princeps, ſe proprijs poteſt
Ditare gazis, diſtributo
In populum pretioſus auro.

Qui liberali ſpargit opes manu;
Seruat. *ſuorum pene fidelius*
Arcis reconduntur clientûm;
Nec vigilipatet illa furto,

Quæ largiori ſorte pecunia,
Plenis amicas muneribus manus
Implꝛuit: illam nec latentes
Inſidiæ, nec auara furum

Libido tollit. non licet, arduo,
Armata rurſum ſors ruat, impetu;
Illaſq; dextrà parciore,
Quas dederat, repetiſſe gazas,

Non erubeſcat: non, licèt indigam
Extrema vaſtet Pauperies domum,
Iraq; Fatorum impotentes
Liuor edax populetur ædes.

Bono

Digitized by Google

257
SIGISMVNDVS I

Bono elocauit fenore diuites,
Qui per ſuorum ſcrinia Ciuium,
Cenſuſq; Regales q; nummos,
Et dominum cumulauit aurum.
Sic quiſq; largæ merce pecuniæ,
Paruo redemptam munere Gratiam
Mercatur; effuſoq; Princeps
Eſſe poteſt opulentus auro.

SIGISMVNDVS I.

NVnquam non amicum Poloniæ Nomen.
Ad Sceptra ſæpiùs antea poſtulatus;
Regnum meruiſſe antiquiùs habuit, quàm tenuiſſe.
Fratrum minimus, & Maximus;
Poſtremus, & Primus:
Seram naturæ & temporum moram,
Generoſæ mentis prærogatiuâ compenſauit.
Regno, plenis omnium ſuffragijs, admotus;
Recenter partam è victis Tartaris Lauream,
Vnà cum Fraterno diademate accepit.
Inde etiam digniſsimus Regno iudicatus,
Cui militaria ſubſidia, Dux & Miles attuliſſet.

ALEXANDER.

PAr Magno Macedoni nomen;
Par in pleriſque animus: ſola impar Fortuna.
Hanc veriùs luctatricem nactus, quàm adulatricem;
Difficillima initia, fauſto exitu coronauit.
E Ducatu Lituaniæ, ad Regnum euocatus;
Vnionem Lituanorum pretioſiorem reddidit,
Quia arctiorem.
Supra alios ſui generis Munificus, & Liberalis;
Dum opulenta benè meritis præmia elargitur:
Breui effecit, vt plures eſſent qui mererentur.
Auctis enim *præmijs, augentur merita.*
Aliàs, *vix quiſpiam mortalium gratuitò bonus eſt.*
Illud tamen in eo, quorundam calumniatus eſt Liuor,
Quaſi non daret beneficia, ſed proïjceret;
Nec turpiſſimum vitaret damni genus, inconſultam Donationem.
Non iniuſta hæc de Principe querela, ſi vera fuiſſet.
Quod datur temerè, beneficij nomen non meretur.
Ea Liberalitas, quam iudicium, & ratio deſtituit,
Aut effuſio eſt, aut iactantia.
Verùm fruſtra hæc de Alexandro iactabantur.
Nimirum, *nec ipſæ Imperantium virtutes,*
Cenſurâ caruêre populorum.
Vulgi arbitrium, etiam ſupra Principes eſt:
Nec quidquam in magna Fortuna difficiliùs;

Quàm

Digitized by Google

Quàm omnium ſe arbitrijs approbare.

Laudabilem Parſimoniam, ſordidæ tenacitati;
Liberalitatem Regiam, inconſultæ prodigalitati;
Facilè rude vulgus aſſuit.
Ita tunc, fuit non nemo qui aſſereret,
In tempore Alexandrum fato ſuccubuiſſe:
Ne, ſi diutiùs imperaret,
Omnem Poloniam, Lituaniamque prodigeret.
At verò, *ſic donare Princeps debet, vt ſemper poſſit.*
Regia Liberalitas nimia liberalitate exhauritur.

E Stoici formula,

Sic egenti dandum eſt, vt ipſe non egeas.

Sed facile ab hac calumnia, vindicatur Munificus Princeps.

Immortalitatem merituro Principi,

Nullum impendij genus dignius eſt, quàm quod in ſuos erogatur.

Nihil ſe magis habere ratus,

Quàm quod in ſuorum manibus depoſuiſſet:
Quò plura erogauerat; eò ſe credidit ditiorem.
Neque eſt cur eam Principi neceſſitatem imponamus;
Vt rigidiori trutinâ ſubditorum merita examinet.
Munificus ac liberalis Princeps,
Non aliam quandoq; cauſam dandi requirit, quàm ſemel dediſſe.
Ne verò, Alexander, plura poſſe videretur numerato ære,

Quàm ſtricto;

Muneratis ſuorum manibus; Auro, Laurum addidit.
Stephanum Moldauiæ Palatinum,
Primùm, è malè occupatâ Pokucia, mox & è vita expulit.

Digitized by Google

Victus, fugatusque, collectum è fuga spiritum exspuit;
Nusquam ab insequentium Polonorum armis securus,
Nisi suo se sepulchro abdidisset.
Paternis vestigijs, Bogdanus insistens;
Ne à Paterna Fortuna, degener esset, armis Alexandri effectum.
At non eâdem Fortunâ, cum Tartaris bellatum est.
Nisi, hîc etiam victoriæ nostræ fauisse eam dicas,
Vel insciam, vel inuitam.
Centum fermè millibus captiuorum,
E Patria abductis, effectum;
Vt breui postea, à paucioribus, prædones Scythæ, vincerentur.
Plurimis eorum millibus, à paucis nostrorum trucidatis;
Anteactæ ignominiæ labem, barbarus cruor, ritè abluit.
Ne cladis quidem nuntio in Tauricam dimisso,
Integram, Alexandro, iam iam exspiranti, victoriam reliquêre.
Qui suorum victoriæ apud Superos interpres futurus;
Tot funeri suo Inferijs præmissis, lætus & ipse, Leto concessit.
Vtrâque palmâ conspicuus,
Manib⁹ ad cœlum porrectis, victoriam cœlo acceptam referens,
Victoriarum Domino, victorem Spiritum reddidit.
Id est vicit, simul, & vixit.
Egit in vita Annos XLVI, in vitta non integros V.
Cœleste Capitolium triumphaturus subijt,
Anno triumphatæ mortis, M. CCCCC. VI.
Compendiosius vitæ eius Elogium quæris?
Illud accipe,
Quod olim magno Alexandro, non minor Demosthenes, dedit.
Nihil in fortuna sua maius habuit; quàm vt posset:
Nihil melius; quàm vt vellet, benefacere.

ALEXAN-

Digitized by Google

ALEXANDRO PANEGYRIS LYRICA.

ODE V.

AT non ijſdem quæq; nepotibus
Superbit atus. hæc placidum ſpei
Produxit Auguſtum; hæc Neronem,
Et rigidos peperit Tyrannos.
Hâc parcus iræ, nec Patrij potens
Furoris Heres, belligero a patre
Abhorret; & contecta duro
Membra fugit tetigiſſe ferro.
Tu verò Magni maxima Nominis
Propago, cuius ſideris aureo
Afflaris ortu? cuius olim
Sorte Dea, Lechico beatus
Donaris Orbi? protinus inclyta
Te liberali Munificentia
Nutriuit aurâ; te negare
Difficilis, facilisq; pronâ
Donare dextrâ Gratiâ, candidis
Geſtauit vlnis. Mox vbi Regiæ
Accenſus argento Tiaræ
Sarmaticum moderaris Orbem
Tunc & remoti fabula Lydij,
Fideliori gurgite Regiæ,

Pactolus immigrauit aulæ:
Tunc liquido ſatur Hermus auro.
Inter Poloni littora Viſtulæ,
Tandem vetuſto transfuga ab alueo
Ceſſiſſe; Sarmatisq; fertur
Munificos decumaſſe fluctus.
Tunc & tuorum robora militum,
Nunquam petito munificentior
Accendis auro. Dignus auro,
Nempe fuit, cui dulce ferrum eſt.
Illâ beatus, caterà egentior
Virtute Princeps, ſe proprijs poteſt
Ditare gazis, diſtributo
In populum pretioſus auro.
Qui liberali ſpargit opes manu;
Seruat. *ſuorum pæne fidelius*
Arcis reconduntur clientûm;
Nec vigilipatet illa furto,
Quæ largiori ſorte pecunia,
Plenis amicas muneribus manus
Implꝛuit: illam nec latentes
Inſidiæ, nec auara furum
Libido tollit. non licet, arduo,
Armata rurſum ſors ruat, impetu;
Illaſq; dextrà parciore,
Quas dederat, repetiſſe gazas,
Non erubeſcat: non, licèt indigam
Extrema vaſtet Pauperies domum,
Iraq; Fatorum impotentes
Liuor edax populetur ædes.

Bono

SIGISMVNDVS I

Bono elocauit fenore diuites,
Qui per ſuorum ſcrinia Ciuium,
Cenſuſq; Regales q; nummos,
Et dominum cumulauit aurum.
Sic quiſq; largæ merce pecuniæ,
Paruo redemptam munere Gratiam
Mercatur; effuſoq; Princeps
Eſſe poteſt opulentus auro.

SIGISMVNDVS I.

NVnquam non amicum Poloniæ Nomen.
Ad Sceptra ſæpiùs antea poſtulatus;
Regnum meruiſſe antiquiùs habuit, quàm tenuiſſe.
Fratrum minimus, & Maximus;
Poſtremus, & Primus:
Seram naturæ & temporum moram,
Generoſæ mentis prærogatiuâ compenſauit.
Regno, plenis omnium ſuffragijs, admotus;
Recenter partam è victis Tartaris Lauream,
Vnà cum Fraterno diademate accepit.
Inde etiam digniſsimus Regno iudicatus,
Cui militaria ſubſidia, Dux & Miles attuliſſet.

Nemo enim *Sceptris dignior censetur,*
Quàm ille, qui deuoto pro Republica capitè,
Coronam licitatur.
Regali, Ducalique Mitrâ sublimis,
Tandem olim concepta de Iagellonibus vota, solus impleuit.
Quidquid in Fratribus desideratum; hic reposuit.
Quidquid à Fortuna negatum illis, huic delatum.
Ter Magno, immò tunc etiam, cùm inciperet, Maximo,
Primum hostem, bis Magnum, fata obiecerunt,
Magnum Moschorum Ducem, Basilium Magnum.
Sed, ne ita quidem Sigismundo par æmulus;
Ipsâ eius aduentûs famâ fugatus,
Nec Basilium se probauit, nec Magnum.
Vicerit ille, qui venerat, & viderat:
Noster hic, cùm necdum venisset, vidissetque; vicit.
Tanti est bellatoribus Nomen Magnum:
Et, *quibuslibet machinis validior, præconcepta Opinio.*
Ingentes exercitus, ipsa quandoq; Ducis æstimatio exarmauit.
Breui tamen post, Moschouitica expeditio exarsit,
Sopita tum, non restincta.
Eius incentor & fomes, Michaël Glinscius.
Qui Regum suorum Liberalitate, supra Fortunam euectus;
Turgente, vt fit, magnis opibus animo,
Dum affectati Principatûs suspicionem ægrè à se amolitur;
Per iniquissimas æmulorum cædes, hostem se Patriæ profess⁹ est
Ita enim plerumque
Priuata odia, in publicum exarsêre incendium.

Mox

Mox medijs desperatis; in extrema quæque præceps:
Conceptum in Patriam virus, Græcâ fide effudit.
Nimirum, *vulgata de aliquibus suspicio,*
Hostes vbi non inuenit, facit.
Immò &, grande hinc documentum,
Inconsultis Regum fauoribus, sua plerumq; dona formidini esse.
Proximus ad animi impotentiam gradus est, nimiùm posse.
Sed breui didicit, perduellis receptator, Moschus,
Regnorum bellorumq; momenta,
Nunquam bene transfugarum perfidiæ niti.
Inflatos Tyranni Spiritus, paruâ suorum manu deprimens,
Quadraginta Moschorum millia, Sigismundus cecidit.
Ita, vt omninò, absque Poëtica Auxesi,
Sanguine cæsorum infect⁹ Boristhenes, tantam cędem erubuerit
Basilicam hanc, de Basilio magno victoriam,
Scythicæ, Moldauicæ, Prussicæ, Laurus secutæ.
Nempè, nulli victoriæ, impar,
Nullis hostibus, non Superior, Sigismundus:
Simul contra Moschos, in Lituania, & Moschouia;
Contra Tartaros, in Russia;
Contra Cruciferos, in vtraque Prussia;
Contra Moldauos; in Valachia, & Podolia dimicans:
Tot vbique virtuti suæ Trophæa erexit:
Vt vnum fuisse dubitares.
Longinqua diuersorum hostium, & Castrorum interualla,
Capacissimo pectore complexus;
Dum pugnans alibi, alibi vincit;

Digitized by Google

Ipsâ sui absentiâ, vbiqúe præsens;
Quandam Numinis Immensitatem, æmulatus est.
Electos è Prussia Crucigeros,
Illius, non minùs Prudentiæ, quàm armis, debet Polonia:
Plenam illi de his victoriam pollicente Fortunâ,
Vt potè,
Inter erecta à Casimiro Patre, de Crucigeris Trophæa, nato.
Ita, domi foriſque Regni sui finibus pacatis;
Armata Christianos inter Principes dissidia,
Consilijs, manu, literis, opprimere tentat, aut componere.
Tot Principum Legationibus apprimè cultus;
Visus est non magis nomine quàm animo,
Vniuersum Christiani Orbis MVNDVM, vnus ipse complecti.
Sacris armis à Clemente VII. insignitus,
Nunquam eis, non clementer, vsus est.
Pullulantem in Balthico littore Lutheranam Hæresim,
In ipsa ferali herba, feliciter opprimens;
Lutulentæ Religionis capita, in vnius capite præcidit.
Felix, si pietatis suæ Heredes reliquisset.
Et probauit tunc Hæresis, cuius planè partus esset.
Inter seditiosas tumultuantis plebeculæ procellas nata;
Non minorem, in littore tempestatem concitauerat,
Quàm in mari.
Nihil enim *citiùs Regna secat, quàm Secta.*
Nec vlla, Nouatores, rerum suarum sperant incrementa,
Vbi Ciuium Pax & Concordia excubant.
Tandem annorum & gloriæ satur, Sigismundus,
Regalem Coronam, ne a Fatis erepta sibi videretur,

In filij

In filij caput, vltrò tranſtulit.
Auguſtiùs, Auguſto Regnum conceſſurus,
Tradere maluit, quàm relinquere.
Fortunatus planè Genitor!
Qui vitâ peractâ viuens,
Pauciſsimis Principibus felicitate permiſsâ,
Succeſſoris virtutes, non ſperauit, ſed ſpectauit.
Ne plus ille Fatis deberet, quàm ſibi,
Collati Regni beneficium, Fato præripere maluit.
Adeò Regiæ dignitatis retinens,
Vt ne vitâ quidem amiſsâ, inter ſpolia mortis, vittam reliquerit.
Inter ſumma Felicitatis eius, hoc etiam accipe:
Feliciſsimis iuxta ac fortiſsimis imperauit.
Habuerit Sigiſmundo, ſimiles Reges Polonia:
Nunquam Reges alij, ſimilem Poloniam habuerunt.
Feliciſsima tunc, Opulentiſsima, Sanctiſsima.
Quam, vbi talem Sigiſmundus non inuenit; fecit.
Nullâ æternitate non dignus Princeps,
Octoginta duos annos natus,
Maiorem Ætatis ſuæ partem,
Grauiſsimis Regni cogitationibus impendit.
Vno ſupra quadraginta, rerum potitus,
Singulos propè menſes, ſingularibus beneficijs diſtinxit.
Ad Beatitatis Coronam Anno M. CCCCC. XLVIII. euocatus,
Maius, meliuſque Regnum, quam acceperat, reliquit.

SIGISMVNDO I.
PANEGYRIS LYRICA,
ODE VII.

QVæ ſceptra? vel quæ Symbola? Regiæ
Inciſa lauro, Pierius mihi
Illuſtrat ardor? quis per ipſa
Sarmatici monumenta cæli,
Veri tenaces nec, dubias ſpei,
Deducit alas? ibimus, ibimus
Quà cana iam decumbit Ætas;
Quàue pigrum, fugiente vitâ
Exſpirat Æuum. quà nimium ſenes,
Inter minorum funera menſium,
Totoſq; Cælorum labores,
Et vetulæ ſimulachra Lunæ,
Laſſantur Anni. Quis tamen hîc tua,
Sismunde magnæ culmen Opauiæ,
Trophæa, ſecuraſq; Lauros,
Quis viridem; meliore, palmam
Ignoret æuo? quis reſonantium
Per fœderatæ culta Valachiæ
Syluam ſagittarum? & reductæ
E Lechicis nemora altæ pilis?
Quis retròactæ tela Propontidis,
Et illa pulſæ prælia Daciæ,
Æternet? ac maiore Verſu
Roſſiacos memoret triumphos?

Nos &

Nos & receptæ frena Pokuciæ,
Manſuetioris carmine barbiti,
Dicemus; & deuicta quondam
Moſchetici iuga Starodubi.
Te Rege tandem durior hactenus
Feroxq; ſtringi Pruſſia, feruidas
Remiſit iras: & Poloni
Lege iugi, faciles ligari
Subiecit armos. Te minor hactenus
Paruiſq; ſtrictus finibus, in ſuos
Et vſq; diſpenſat Vaſallos,
Magnanimus ſua iura Lechus.
Iam tunc vetuſtis protinus exules
Ceſſere Fraudes ſedibus: & ſimul
Dolumq; deſidesq; Luxus,
Et tumidum popularis aura,
Ad vſq; Thulen fortibus Ambitum
Proſcribis auſis: ô Lechici decus
Mundi Sigiſmunde! ô Poloni
Nunc etiam bona pars Honeſti!
Tibi excitatis ad ſonitum tubis,
Victorioſo latior aſſonat
Bellona clamore; & trecentis
In numerum ſinuata flammis,
Vſq; ad tonantis inuidiam Iouis,
Tormenta, circùm ter, quater, arduo
Accendit igni; & fulminatos
Increpuit, ſine nube, cælos.
Tunc & tremendùm vociferantia
Te bellicoſis æra boatibus,

Feſtuſq; telorum tumultus,
Non vacuo trepidis timore

Vulgauit oris. tunc celer, illico
Sereniorum Phoſphorus aureâ
Proſpexit è rimâ polorum,
Et reliquis tua facta pernox

Narrabat aſtris. Te poſitâ ſuper
Innixus haſta Mars, ſocio Herculi,
Toruoq; laudabat Bòòtæ,
Et vigili tibi, ter triumphe,

Clamàuit igni. ter tibi ſidera
Io! triumphe, ter geminabilis
Reſpondit Echò: ter còacta
Ad numerum ſalière ſtellæ.

Digitized by Google

Digitized by Google

SIGISMVNDVS AVGVSTVS.

ROmano illi, nec genere, nec genio impar.
Inclytum AVGVSTI cognomen,
Non tam gentilitiæ Lunæ debuit, quàm virtuti.
BONA, immò OPTIMA Matre genitus;
BONVS ipſe, & OPTIMVS:
Parentis Appellationem, in mores traxit, & animum.
In Prætexta, Purpuræ honore digniſsimus,
Sexagenario Patri, in Collegam Regni adſciſcitur.
Debebatur hoc prouectæ Sigiſmundi Patris Pietati,
Vt filij Regno eſſet Superſtes:
Debebatur Regiæ Auguſti indoli;
Vt dignus à Patre iudicaretur, cui Regno cederet;
Eoque teſte imperaret.
Nec eſt cur ætati eius ſuccenſeas.
Illius acerbitatem, morum maturitas compenſauit.
Non benè illa temporum ſpatijs terminatur.
Vt enim *pulcherrima eſt in Iuuene morum canities:*
Ita, *Nihil æquè fatuum eſt, ac ſenex:*
Qui nihil aliud adferre poteſt, ad probandam ætatem,
Præterquam quòd vixerit.
At verò præcocem Regiæ Fortunæ fauorem,
Non nihil Fatorum inuidia interturbauit.
Turbulentiora poſt Patris obitum, regni initia ſortitus;
Parum ſecundis, ſecundi Hymenæi tædis,

Quandam Serenitati ſuæ, nubem offudit.
Adèò, *nec amores, nec odia Principum, libera ſunt.*
Omnes, illi, affectus Reipublicæ debent.
Tunc etiam, palam in Libertatis, Comitio, Auguſto, edictum;

Regum Connubia,

Regnorum vtilitate, non priuatâ libidine definiri.
Malè odijs imperat, qui Cupiditatibus ſuis imperare neſcit.
Non diu tamen vox ea, ſibi conſtitit.
Regiâ liberalitate, placata Libertas,
Breui poſt, in vota Principis, ſi non ſpontè iuit;
Leniſsimè (freno ſcilicet aureo) inducta eſt.
Quis enim dulci munerum illicio,
Nobile capiſtrum non admittat?
Hoc Rege, ſi vllo alio, Literarum ſtudia floruêre.

Nempe ſuum,

In Auguſto, Auguſtum, Mecænatemque, nactus Apollo,
Nec lauro tum, in Polonia, caruit; nec auro.
Literatiſſimus Princeps,
Cùm à *Perſona ſua* Literarum honores ampliaſſet;
Totum propè Regnum, fecit Literatum.
Ita, *aſpirante Fauonio, cantant Cygni.*
Mores & amores Imperantium, idea ſunt populorum:
Et, *omnium in Regno ſucceſſuum,*

Principis exemplum, Anima eſt.

Nec obfuit Reipublicæ ſtudijs, ſtudiorum amor.
Tum etiam patuit, Bellonam & Palladem, germanas eſſe.

Contra

Digitized by Google

Contra Crucigeros eâdem, quâ D. Pater felicitate vſus;

Vt ille olim Pruſſiæ,

Ita ipſe tunc, Curlandiæ, & Semigalliæ acceſsione,

Polonicam Maieſtatem ampliauit.

Nullo contra Moſchos bello non victor,

Pluribus, ſub adeò frigido Ioue, demeſsis Laureis;

Tandem victore gladio, Oleas meſſuit.

Armata barbari Septemtrionis hyems,

Polonæ virtutis ardore ſuperata eſt.

Auitum Diadema, Auguſtius poſteris relicturus;

Eum illi VNIONEM inſeruit,

Cui ex toties ab alijs fruſtra tentata,

Et ab Auguſto demum,

Lituanos inter, Polonoſque ſtabilita VNIONE,

Ingens pretium acceſſit.

Illud nimirum felicitati eius Fata debuerunt;

Vt grandes Aui, Parentis, & Patruorum conatus,

Vnus ipſe, fauſto exitu, coronaret.

Blandiatur ſibi de Vnionibus ſuis Erythræum;

Pretioſiorem Orbi Sarmatico VNIONEM,

Auguſtus dedit.

Ante ſe latis, ſed pænè iam ſublatis Legibus,

Suam inſpirauit animam; EXECVTIONEM.

Quorſum enim mutæ Legum Tabulæ?

Non illæ melius marmoribus, quàm moribus inſculpuntur.

Conditæ hactenus, ſed reconditæ;

Sterilibus tantùm ſeruabantur in ſcrinijs.
Quantam inde laudem meruerit Auguſtus? hinc metire:
Quòd *facilius ſit leges nouas ferre, quàm antiquas implere.*
Humanis legibus ſancitis;
Diuinis quoque, Regia manus porrecta.
Vt enim *magna Fortuna vbiq; monſtrorum ferax eſt*;
Ita, Auguſto feliciter imperante,
Ingens in Polonia monſtrum emerſit:
Lutherana Hæreſis.
Hydræ huic, vt ſuos obijceret Hercules, Sigiſmundus,
Minimam IESV Societatem,
Regni ſui Inquilinam, & Ciuem fecit.
Niſi mea me fallunt,
Non inanis augurij hinc acceptum omen;
Quòd, vt olim in terris IESVS,
Ita tunc in Polonia, IESV Societas,
Sub AVGVSTO nata ſit.
Non eſt cur ſuo ſibi mendacio blandiatur impietas.
Fruſtra AVGVSTANAM CONFESSIONEM,
Ab AVGVSTO, etiam in Polonia, dictam comminiſcitur.
Niſi acerrimus impugnator, toties à ſe victæ & damnatæ,
Nomen iſtud dederit.
Dicatur ſanè AVGVSTANA; id eſt ab AVGVSTO proſcripta.
Qui, non aliter, ſe Romano AVGVSTI nomine, dignũ iudicauit,
Niſi Romanam pietatem, acerrimè propugnaret.

Natas

Digitized by Google

Natas igitur, cum Lutherana lue turbas,
(*Nullibi* enim *nouella Fides benè consonat*)
Palam in Senatu execratus:
Non leue pondus, Supremæ Potestati, edicto suo adiecit.
Adeò, vt Secta hæc, si ab AVGVSTO dici velit;
Non CONFESSIO, sed AVGVSTANA CONFVSIO dici debeat.
Ita, Regno suo vtrinque composito:
Ne tum quidem cùm viuere desinendum erat,
Non AVGVSTVS futurus;
Poloniam florentissimâ pace beatam reliquit.
Id est, Iani Templo occluso, par Romano Augusto æmulus,
Æternitatis Ianuam sibi aperuit.
Princeps omnibus animi & corporis dotibus,
Verè AVGVSTVS.

SIGISMVNDO AVGVSTO
PANEGYRIS LYRICA.
ODE VIII.

O Martialis gloria Lechiæ
Multo petitæ sanguine fausſtior,
Auguste, Libertatis Heres,
Sarmaticæ graue fulmen iræ!
Tibi superbo, vidi ego, cardine
Nubes, & axem Solis, & igneas

Latè retroceſſiſſe ſtellas,
Cum, rutili per inane cœli,
Mundi ſonoris non ſine plauſibus,
Te laureatus Rumor eburneis,
Vectaret alis: & curules
Ipſe tibi, meliore loro,
Frenaret Horas: cùm tibi gemmeus
Coruſca temo nubila ſcinderet;
Cœlumq́, pallentemq́, Lunam,
Et trepidi radios Bòòta.
Ter pronus Iſter, ter, tibi, ſubditis
Nutauit acer Viſtula fluctibus:
Chroniſq́, Balthiſq́, & ſupino
Littora detumuêre fluctu.
Ipſiq́ tandem, ter, tibi, puriùs
Fluxêre fontes; ter tibi vitreum,
Hinc, inde, ſubſtrauêre, collum,
Varta celer, celer & Raduna.
Tunc floridorum colla cacuminum,
Criſpo comatam gramine, protinus
Flexêre ceruicem; & clienti
Fronte, pigram pepulêre terram.
Quin & minorum ſatrapa collium,
Tibi ſuperbas, Carpathus, Inſulas
Curuauit, immerſumq́ celsâ
Nube caput, nimioſq́ ſenſim
Submiſit armos. At ſimul aureos
Poſtquam Poloni Veris amantior
Demittis in terram iugales,
Perq́ tuos, leuiore plantâ

Incedis

Incedis agros: ilicet ad leues
Paſſus ſecutæ purpureis roſæ
Risêre labris, & pudicâ
Sarmaticos, violæ, per agros,
Luxêre pompâ: tunc fluidis Ceres
Ornata culmis, non modica ſuper
Se fudit annonâ; & bibaces
Pannonico tumuêre ripæ,
Fonteſq; vino. Te, teneris adhuc,
Heres bonarum gloria mentium,
Inuaſit in cunis: tenelloq;
Ipſa Mitram impoſuit clienti.
At ſerò, quamuis tunc etiam puer,
Vix dum decenni Sole ferocior,
Natiua diſpenſas volenti
Sceptra Lecho; dominoſq; paruâ,
Sed iam capaci, iam ſibi conſciâ,
Faſces gubernas dexterâ; & impiger
Viuiq; ſucceſſor Parentis,
Theutonicum ſuperas Magiſtrum.
Quis, vi potentis non ſine prælij,
Aſſerta Lechis mœnia neſciat?
Quis bella? Moſchuæq; pubem
Sollicitis trepidam cateruis?
Quæ cùm decenti Fama perennior
Inſcripſit auro; non ego deſides
Fruſtra fatigabo Camœnas,
Non reſides tenuabo chordas.

Digitized by Google

Dum nimiùm fidenter, alienæ fidei ſe Henricus permittit,
Ipſa, in Amores ſuorum effudit viſcera.
Ita non malus aliàs nec infelix Princeps,
Si vnicum exitum excipias,
E vita non tam exiuit, quàm excluſus eſt.
Cùm Regnum noſtrum deſeruiſſet:
Suæ felicitatis vſum, nobis;
Sibi, fauſtiorem vitæ clauſulam inuidit.
Si tamen Immortales Fatorum Faſti, lituram non admittunt;
Ignoſce, Henrico tuo, Polonia.
Adeò crudeli Fato è vita exterminandus,
In Patria percuſſorem quærere debuit.
Illam etiam laudem,
Encomijs ſuis Sarmaticus Candor adiecit,
Quòd, etſi aliquos Regum,
Quos ipſa impietas proſcripſerat,
E ſolio eiecimus;
Nullum tamen è vita.

DE HENRICO VALESIO ODE VIII.

SI doctiorum non vacui pedum,
Apollinari pectine præpetes
Metimur, & passus, & altum
Aoniæ stadium palæstræ:
Assurge magnis prodiga passibus,
Poëticorum non humilis pedum,
Assurge, transfugamq; Regem,
Calliope, citiùs libratis
Sequâre metris. En dociles adhuc,
Vestigiorum semita notior,
Monstrat cicatrices; iterq;
Historicis patet omne chartis.
Sistetis! ehêu! sistite candida,
Valesiani Lilia Stemmatis?
Quid Sceptra? quidue in vos Tiaræ! aût
In Patrium Lechicus nitorem,
Peccauit Orbis? quid Procerum fauor?
Et liberorum gratia Ciuium?
Diuaq; Libertatis olim
Grande suis diadema gemmis.
Sistetis? ehêu! sistite Lilia:
Vos tota mœstis Lechia quæstibus;
Vos Sceptra! fraudatiq; Faces,
Et viduus reuocat Senatus.

Sed quid.

Digitized by Google

Sed quid citatæ præcipitem fugæ,
Iam pænè fesso carmine persequor
Regem? fatigatumq; plectrum, &
Pierios, malè lasso passus.

Ad Fata Princeps si rapitur sua;
Non Phœbus illum, non resonabiles,
Musæq;, vocalesq; chordæ,
Non querulum reuocabit aurum.

Ergò dolosi nobilis Hostia,
Henrice, ferri, nunc etiam tuos,
Quacunq; te serenus æther
Parte tenet, foueas Polonos.

STEPHANVS BATHOREVS.

SVo coronatus in nomine Princeps:
Antequam Regium Stephanoma accepiſſet,
Rex animorum eſſe iam poterat Stephanus.
Primus è Stirpe ſua Regali titulo inſignis,
Nec Fortunæ, nec Lucinæ Sceptrum debuit,
Sed Virtuti.
Virtus quippe *Reges parturit, non Natura.*
Nec minùs glorioſum eſt, Regnum nanciſci;
Quàm Regem naſci.
Faceſſant Regum, & Fortunæ mancipia.
Non ſemper minori diſcrimine Princeps ſumitur, quàm quaritur.
Attollant alij Succeſsionis Elogia;
Quibus peſſimos etiam Principes, tolerandi,
Fatalis neceſsitas incumbit.
Optimum quemq; Electio aut inuenit, aut facit.
In Tranſyluanico Principatu, regnandi rudimentis exactis;
Per tot bella & victorias,
Nominis ſui famam, Orbi commendauit.
Patria Fato reliquæ Chriſtianitatis, iugo Turcico preſſa,
Solus Stephanus Fatis dignus viſus eſt:
Qui non modò, ſe, ſuoſque in Libertatem aſſereret;
Sed alienæ etiam Libertati præeſſet.
Parum erat præeſſe: prodeſſe etiam voluit.

Æquiſſi-

Digitized by Google

258
STEPHANVS BATHOREVS

Æquissimus Polonæ Libertatis Arbiter,
Ne in turpem licentiam degeneraret,
Suauiter imperando, effecit.
Vix, enim, *quidpiam Liberæ genti odiosius,*
Quàm violenta imperia.
Sponte sequentur; si duci se sentient.
Si violenter traxeris, recalcitrabunt.
Ita & *generosiorum Equorum ferocia,*
Freno potiùs quàm flagello compescenda est.
Victoriarum auspicijs, Æmuli sui fortunâ, proludens,
Maximilianum parem tantæ Appellationi Imperatorem,
In ipso Regni aditu vicit;
Non tam armis, quàm propensis in se suorum amoribus,
Quâ, nulla victoriâ nobilior est.
Breui post, ingens nomine & imperio Æmulus,
Vt capaciorem exercendæ virtutis campum,
Stephano relinqueret;
Non solum Solio, sed vitâ etiam excessit.
Et didicit tum, Maximilianus, docuit Stephanus;
Captiuos etiam quandoq; imperare posse.
Ac sæpenumerò tantundem itineris ad Coronas restare
E carcere, quantum ex palatio.
Ita tum Stephanus, Maximilianeis olim vinculis pressus,
Prope è CARCERE ad Brauium & Coronam peruenit.
Nouit quippe *compedes in Coronas recudere Fortuna:*
Vti & Coronas, in compedes refingere.
Regum Diademata parum distant à vinculis:

Immò vincula ſunt.

Io! Polona Libertas triumpha.

Vt à Regibus tuis magis æſtimeris, ac tracteris modeſtiùs,
Pleriq́ue ad Faſces tuos,
Per Carceres & vincula initiati ſunt.
Ita tum Stephanus, victoris quondam ſui, victor ac æmulus;
Regni ſui auſpicia,
A pacandis, placandiſq́ue Ciuibus exorſus,
Ipsâ ſuâ ſerenitate, turbatæ Patriæ, ſudum fecit.
Quippe, *vt in Homine, ita in Republica,*
Nunquam abſq; graui periculo, inteſtina conuelluntur.
Et quia poſt eluſos Amores,
Principis arma experiri placuit;
Innocenti planè, quia Ciuilis ſanguinis parciſſimo ferro,
Rebellium peruicaciâ caſtigatâ;
Non priùs de perditis hoſtibus,
Quàm de ſeruatis Ciuibus, triumphauit.
Quod mirêre, excuſsis cum ferro ſeditioſorum odijs;
Victis, ſui amorem, aut imperauit, aut extorſit.
Aliàs, *non benè ſuccedunt, nati inter arma amores.*
Rarò victi, victores amant.
Balthicorum fluctuum procelloſo tumore depreſſo;
Sæuam armati Septemtrionis Hyemem,
Martij Spiritus ardore diſſoluit.
Nulli non victoriæ capaciſsimo Bellatori,
Amplioris triumphi materiem,

Magnus

Magnus Moſchouiæ Tyrannus conceſsit.
Callidiſsimus, ſub adeò frigido Ioue, hoſtis;
Domi foriſque crudelitate fatigatâ,
Dum Armis nequiores Artes ſociat;
Vicerat, niſi in Vlyſſem incidiſſet.
Integro triennio, triumphatum veriùs, quàm pugnatum.
Sæpè tum, intuadere hoſtem, vincere erat, & fugare.
Prudens Fabij cunctatio, feruenti Annibalis genio temperata,
Præcipuum tot victoriarum auſpicium fuit.
Nimirum, *nec lentè, nec temerè vincendum eſt.*
Impetu, & Conſilio militaris Fortuna ſoſpitatur.
Et verò, artibus eiuſmodi, victa eſt Cœli, & Tyranni ſæuitia.
Ipſa propè, rigidiſsimi Climatis elementa expugnata; oſtendêre:
Maſculæ virtuti, nihil eſſe inuium.
Captæ ac dirutæ munitiſsimæ arces;
Cum pro adeò mala cauſa, nec ipſa terra ſtare poſſet:
Fugatus, in Regni interiora Tyrannus;
Tota Liuonia,
E teterrima ſeruitute, in Polonam Libertatem vindicata;
Hoſtili perfidiæ, fatale monumentum,
Stephani virtuti, immortale Monimentum erexit.
I nunc, omninò iam appellationis tuæ, incapax Baſili:
Natalium tuorum claritudinem,
Bathoreæ nobilitati fruſtra prætuliſti.
Satis clarus eſt, apud timentem, quiſquis timetur.
Regi propior eſt, qui timeri meruit: ſeruo, qui timet.
Nihil tamen Moſchica mancipia magis in ſtuporem rapuit,
Quàm

Quàm insolita victoris Clementia.
Vt dignus planè ab ipsis hostibus eâ victoriâ diceretur;
Quâ adeò moderatè vsus fuisset.
Nihil, nimirum, *propius Diuinitati est;*
Quàm seruare eos, quos perdere potuisti.
Nouum victoriæ genus est, scire parcere,
Meretur veniam victus hostis, cùm petit.
Ita non minus victis hostibus,
Quàm prauis quorundá, de se opinionib⁹, in triumphum ductis,
Triumphale nominis sui Etymon Stephanus impleuit.
Id est, vltra victoriam, vsum vincendi protulit.
Facilè est bono Principi, suorum iudicia corrigere.
Plerumq; affectus humani, euentibus mensurantur.
Idem tum feliciter præstitit Stephanus.
Sinistras quorundam opiniones, dexterrimis virtutibus correxit
Par omninò, immò maior iam Regno æstimatus,
Cuius amplitudinem amplissset;
Cuius integritatem;
Non propugnasset tantùm, sed etiam propagasset.
Sago cum Toga, permutato;
Etiam extra Castra, nulli non militans virtuti:
Omnium satellitio, Regale Solium muniuit.
Nempe *vnica virtus Coronam non implet.*
Cæteris hominibus, singulæ fermè virtutes sufficiunt:
Pauciores Princeps habet; nisi omnes habeat.
Iustitiæ non alumnus æquior, quam arbiter;

Regio

Regio Tribunali, à ſe primùm inſtituto,
Auguſtiorem, in Regno noſtro, Areopagum excitauit.
Id eſt, tot Athlantes, quot Iudices,
Ingenti Regiæ Poteſtatis Cœlo, ſuffecit.
Ne alicui ſuorum deeſſe videretur.
Tot pro ſe vno, Proreges, creauit.
In bello Mars, in pace Apollo:
Sublime ingenium, nec diademate, nec galeâ oppreſsit.
Honeſta pacis otia conſecraturus;
Virtutum ac Literarum præſidia, Patriæ prouidit.
Fruſtra, nimirum, *Regni quieti conſulitur*,
Niſi ſuum Religioni pondus, recta Ciuium inſtitutio adjiciat.
Et quia, *vt plurimùm, affinis ignorantiæ nequitia*:
Illud imprimis Stephanus cauit, ne rudibus imperaret.
Nempe, *ſui cuiq; Amores, formant mores.*
Literarum amantiſsimus Princeps,
Cùm & ipſe, non vulgari eruditione, imbut⁹ fuiſſet, non tinctus;
Omnes in Regno ſuo voluit Literatos.
Hinc Academia Vilnenſis, in Lituania;
Claudiopolitana, in Tranſyluania;
Orſæ, Połocij, Derpati, Albæ Iuliæ,
Florentiſsima omniſciæ eruditionis Collegia,
Sub cura & Magiſterio Societatis IESV erecta,
Suum in Stephano Parentem habuêre.
Religioſis Societatis I E S V Tyronibus,
Aſceticam Academiam,

In ipſo Diui Cognominis ſui Lymocomio,
(Nam vbi commodiùs, Mundo mortui, degerent)
Cracouiæ, in Principe Regni vrbe, erexit.
Macte hâc Liberalitate tuâ, Mecænas Auguſtiſsime.
Quamdiu ſuus Religioni & literis Honor erit;
Tamdiu Nominis tui, vigebit memoria.
Vt deſint cætera, quæ te Æternitati inſinuent;
In erectis à te ſacris profaniſque Lycæis,
Nunquam munificentiæ tuæ, Præcones ſeneſcent.
Hoc eſt, beneficia dare, non perdere.
Hoc inquam eſt, nunquam morituræ virtuti,
Viuas, ſpiranteſque columnas erigere.
Abſiſtant Mauſolea, & Ægyptij Obeliſci.
Tuo Nomini, tot animatæ Pyramides æternùm ſtabunt,
Quot in Regno noſtro ingenia erexiſti.
Nec eſt, cur te abſque Poſteris deceſsiſſe doleamus.
Parem tanto Parenti Sobolem dare Naturâ deſperante;
Inauctorata Religioni Sapientia,
Tam numeroſos tibi educabit Nepotes.
Religionis, Literarum & Patriæ Pater,
Omnes in Polonia Ciues, Liberos tuos reliquiſti.

Digitized by Google

STEPHANO BATHOREO PANEGYRIS LYRICA.

ODE IX.

Quis ille tandem Victor in arduam,
Per ſubiugatæ rura Liuoniæ
Aſſurgit haſtam! Moſchicoſq́
Pannonico metit enſe truncos!
Hèu quanta campis! quanta madentibus
Cliuis & agris! quanta iacentium
Meſſis cadauerum, à Polonis
Non iterum ferienda dextris!
O bellicoſi gloria Pannonis!
Vngaricorum gloria ſiderum!
Inuicte quà bello, quà amœnis
Cincte caput galeamq́ lauris;
Auguſte ſtricto Ductor acinace;
Auguſte ſceptro: nam tibi Regij
Auriq́, bellaciſq́ ferri, &
Par venia ratio, & furoris.
Tibi niualis frigora Parrhaſis,
Et Tauricanæ canicies plagæ;
Et Alba, Babinÿq́ colles,
Skowronÿ iuga celſa Montis,
Struère latè: te propè cernuus
Acclini adorat vertice Carpathus.
Iſterq́ nil paruùm locutis
Bathorium geminat procellis.

Quanto Gedani prælia, & horrida
Superbientum tela rebellium
Diffringis ausu? & subiugata
Theutonicis tegis arma bustis,
Et arua truncis. cùm tibi supplicat
Quondam Polonis mitior ensibus,
Theuto; verecundæq; capti
Balthidis erubuêre ripæ.
Adhuc Poloni conscia prælij,
Olim recisis albicat ossibus
Borussa tellus; quæ coloni
Cùm steriles subigunt seuero
Ligone glebas, fortibus eruunt
Hinc inde rastris; & carioſius
Mirantur inuenisse telum;
Aût viduum sine crine mentum.
Adhuc Lechei tristior imperI
Neptunus, amplum non humili Vado
Fundit tributum; nec Polonis
Se se iterum grauiore fundo,
Opponit armis. Te memores adhuc
Lacusq;, syluæq;, & malè pendulis
Induta vel querceta truncis,
Vel tremulæ didicisse pinus
Laudantur vltrò. te sibi Balthicæ,
Cùm Sol pudicis surgit ab Indijs,
Mussare narrantur procellæ;
Te vetulæ memorasse frondes.
Tibi eruditi Laurus Apollinis,
Et sacra Musis Pergama, tinnulo

Loquun-

Digitized by Google

Loquuntur auro: te tuorum
Turba minor resonat Quiritùm.
Viuis, Polona, viuis adhuc Parens
Auctorq; famæ. Quem Superum fauor,
Amorque clarauit suorum;
Nil tetrici pauet ora Fati.

SIGISMVNDVS III.

HVic amores, lacrymasque debes Polonia:
Quem æternùm non flere non poteras,
Nisi toties, fato superstitem, in tot filijs habuisses.
Inter iniusta Parentum vincula, in Patrui carcere natus;
Hoc est alieno infortunio infelix;
Inmissos à Nouerca sorte dracones, in cunis,
Nouus planè Hercules, præfocauit.
Nunquam infelix,
Nisi cùm necdum felicitatem suam corrigere posset.
Ergo bis planè captus:
Gratias Fortunæ, Patruoque egit,
Quod tam arctis fascijs,
Ad regendam Liberam gentem, se initiassent.
PATRE, IOANNE

Suecorum, Vandalorum, Gotorumque, Rege natus:
MATREM CATHARINAM IAGELLONIAM
Sigiſmundi Primi Poloniæ Regis filiam, nactus;
Ab vtroque Parente, Auguſtum Regij ſanguinis ſplendorem:
A Matre, cum Iagellonia Pietate,
Chriſtianæ fidei amorem,
Pro Patrimonio accepit.
A Patre, Regum (ſi vnicam fidem excipias) optimo,
In ſola Religione;
A Matre (ſine omni exceptione) Reginarum pientiſsima;
In ſolo ſexu, feliciter degenerauit.
Et ab hac quidem,
Cùm primo lacte, ita Orthodoxæ Fidei amorem hauſit;
Vt verè ei in ſanguinem abijſſe videretur.
Nam monitus puer adhuc,
Ni Catholicæ Religioni valediceret, *Regnum ſe aliquando amiſſurũ*
Vitam etiam, intrepidus reſpondit.
Satiùs ducens Æternitatis tæniâ abſque capite;
Quàm cùm hoc, Romanæ pietati rebelli,
Regali diademate Coronari.
Sed *nunquam Cœlum clientibus ſuis deeſt.*
Intentata Regni iactura, ampliori Regno fuit compenſata.
Vix dum Adoleſcentiam egreſſus, iam ſceptro maturus:
Fatalem Iagellonici ſanguinis occaſum,
Verus ex Matre IAGELLONICVS, ortu ſuo reparauit.

Vt re-

Digitized by Google

Vt regnaret, totius Regni votis inuitatus;
Per Æmulum à Cœlo & Fortunâ propitiâ, depreſſum;
Regale Solium conſcendit.
Pugnatum eſt, pro Sigiſmundo fauſtis auibus:
Quia candidis Aquilis, contra nigras.
Victum, fugatumque ipſo certaminis initio Maximilianum,
Ne deeſſet, cui parceret,
E fuga retractum, duci ad ſe voluit.
Deductum, liberali veniâ triumphauit.
Adeò vt dignum Maximilianus iudicaret,
Cui Regnum vltrò cederet;
Niſi id iam feciſſe cogeretur.
Pro Hoſte, Hoſpes; pro victo, breui poſtea, affinis,
Non herbam ſolùm, ſed Myrthum etiam, Sigiſmundo, porrexit.
Adeò palmari victoriâ Regnum inchoatum,
Per continuas poſtea victorias deductum eſt:
Non hoſtium modò, ſed Fatorum etiam, & Temporum.
Quippe, magnâ magis Fortunâ quàm conſtanti vſus,
SIGISMVNDVS,
Capacem ſuæ virtuti campum, dari, ſibi gratulatus eſt.
Auguſtior, enim, *Principis gloria, ad arbitrium Fortunam fingere;*
Quàm perpetuò obſequentem experiri.
Bellauit ſæpè, vicit ſemper, triumphauit nunquam;
Non quòd imparem ſe cuilibet triumpho ſentiret;
Sed quod diceret,
Melius eſſe victoriæ meritum, quàm præmium.

Quan-

Quanquam ita pulcherrimè, de ſe ipſo, triumphauit ſemper.
Pulchriùs nimirùm *eſt, ipſam vincere victoriam:*
Et captiuum in triumpho, triumphum ducere.
Hoſtium nullum acriorem habuit, quàm ſui ſanguinis;
Ericum in Suecia, Carolum in Liuonia, Patruos:
Guſtauum Adolfum, Patruelem, in Pruſsia.
Vix enim *vlla magis robuſta ſunt odia,*
Quàm vbi cognati ſanguinis venas, regni libido inuaſerit.
In priores tamen, perpetuâ felicitate, terrâ, mariſque vſus:
Guſtauum, fluctuante aliquomodo Fortunâ,
(Immò cognati ſanguinis, indulgentiâ ac miſeratione)
Atrociori Fato remiſiſſe viſus eſt.
Sæpiùs, indignante Regiæ lenitati, Libertate,
Quòd toties ei parcere maluerit, quem perdere potuiſſet.
Veriores in hoſtico victorias proſecutus;
Moſchouiam, non ferro magis, quàm cœlo ſuo armatam,
In occupata illius Metropoli, impugnauit, ac expugnauit.
Duce capto, Exercitibus profligatis,
Adeò, vt inueniri ampliùs qui vincerentur, non potuerint.
Didicit gens periura;
Iniuſtæ rebellionis præmia, ruinam eſſe & excidium.
Smolenſcum, Auo per fraudem; à Moſcho ereptum,
A Nepote Poloniæ reſtitutum;
Sigiſmundi Primi damna, Sigiſmundo Tertio, ſarciente:
Centum annorum ſeruitutem, vnius biennij Fortunâ excuſsit.
Turcarum, Scytharumque copijs, ſæpiùs profligatis;
Magnæ illi de Oſmano victoriæ præluſit.
Vniuerſam ſeptennalis apparatus molem, ſolus ipſe,
Non feliciùs ſuſtinuit, quàm repreſsit.

Ne vano

Digitized by Goog

Ne vano nomine Polonia, TOTIVS CHRISTIANITATIS
MVRVS & ANTEMVRALE diceretur,
Si vnquam aliàs, alibi; tunc, ſub Chocimo, effectum.
Quadringentis Turcarum,
Centum viginti Tartarorum millibus,
Exili ſuorum manu profligatis;
Sexaginta hoſtium millibus, in acie cæſis:
Ex ingentibus Barbaricorum cadauerum molibus,
Inexpugnabilem ſuo, & Chriſtiano Orbi vallum,
Contra Othomanicam impotentiam erexit.
Patuit tum (quod ait ille)
Ad occupandum Orbis terrarum Imperium,
Vires Oſmano, cupiditatem Sigiſmundo defuiſſe.
Atque tùm primùm agnouit Polonia,
Vires ſuas, nulli Potentiæ non pares eſſe:
Quoties eum nacta fuerit Imperatorem,
Cui tanti Regni moles, tutò fidenterque incumbat.
Ita tum quidem auſpice Sigiſmundi Fortunâ,
Aſiâ, Africâ, Europâ, bello vnico ſuperatâ;
Didicimus, non inani fato,
In capaci Sigiſmundiani Nominis ambitu,
Totum latuiſſe MVNDVM:
Vt nimirum, Orbis totius, in campo illo victor,
Triumphatum Mundum, nominis ſui omine traheret.
Ciuili aliquando Marte impetitus,
(Nam & in hunc cum ſcopulum Fortuna adegerat)
Impia Caligulæ vota, pio affectu innouauit.
Vnicam & ille Ciuibus ſuis vouebat ceruicem.

Non vt Libertati iugum imponeret;
Sed vt vno omnes ſibi conciliaret amplexu.
Verùm, cùm præter tot capita, plures eis fuiſſe man⁹, expert⁹ eſt:
Pro quibus, & cum quibus ſæpe antea;
Ipſos poſtea ſuperauit.
Dubium, armis ne magis? an pietate?
Scirent, nimirum, toties ſe victores eſſe,
Quoties ſuis ſub auſpicijs militarent.
Boni tamen *Principis*, ratus, *malos etiam ſeruare Ciues*:
Pro triumpho habuit, rebellibus peperciſſe.
Hoc erat victis potius vincere, quàm ſibi:
Et perire volentibus ſalutem; vitam inuitis offerre.
Ita, nullâ ſui æui parte, à bello feriatus:
Quia Polonum Herculem noua monſtra feriari non ſinebant,
Nunquam non vicit, dum vixit.
Deniq́ue maturus æuo, maturior meritis, Princeps;
Vitæ ſuæ Anno Sexageſimo ſexto, quod Principum pauci,
Regni, Quadrageſimo quinto, quod pauciores;
Pacato, fortunatoq́ue relicto Regno; quod pauciſsimi;
Finem vitæ, non gloriæ, inuenit.
Poſt ſuſceptos, è bino Auſtriacæ domûs, connubio,
Principes Liberos;
Conſtantiam Auſtriacam, ſecundam Coniugem,
Ad ipſum vſq́ue tumulum, eodem funere comitatus,
Eodem cum ea ſepulchro, vno eodemq́ue die repoſitus eſt.
Noluit nimirum, Conſtantiæ ſuæ ſuperuixiſſe Sigiſmundus;
Ne Regali virtute viduus, viuere cogeretur.

Ne vn-

Ne vnquam abſque Conſtantia degeret; cum ea tumulari maluit
Felicem te Polonia, quod adeò beatum par. vnà in ſolio;
Infelicem ; quia vnà in tumulo, aſpexiſti.
Sed commune id Regnorum Fatum eſt.
Eâ lege Optimos Principes accipimus, vt amittamus.

SIGISMVNDO III.

PANEGYRIS LYRICA,

ODE X.

ASſurge; muto quid cineri graue
Cadauer inſtas! Surge volentibus
Inuicte Sigiſmunde fatis,
Et gladio, rigidoq; lumbos
Accinge ferro. quantus in obuios,
Inuicta quondam ſpicula Biſtonas
Attollis; haud diſpar, eoſdem in
Myrmidonas, Dolopesq; eandem
Attolle dextram. iam tibi, iam propè,
Per obſerati vincula tinniunt
Marmor ſepulchri: iam Gelonûm
Panè ſonat tumulus querelis.
Audite magni, Thracia murmura,
Audite Manes! iam reſonantium
Stridor catenarum, & ſceleſtis
Aſſonuit Cynoſura telis.
Iam Thrax retecto dirus acinace,
Feroxq; Beſſus, carmina, prô dolor!

Phabumq; dictantesq; Muſas,
Barbarici premit ære Martis.
Audimur? ebêu! dum loquor, & rudes
Intendo neruos, torua volantium
Procella telorum, & virorum
Roſſiacæ quatit arua terræ.
Et, ni timores & dubios metus
Tui vetaret nobile ſanguinis
Decusq;, pignusq;, ô labantis
Magne Parens, columenq; Mundi!
Quem bellicoſo cedere neſcium,
Quocunq; ſurgat robore Biſtoni
Adorat Europa, & potentem
Non humili vocat ore MVRVM:
Audaciori cûi liceat Dabas
Ridere verſu? quis Rhodopæÿs,
Impunè ſubſultare cliuis!
Et Lybicas, Geticaſq; rurſus
In arma ducto pectine ſtringere
Auſit cateruas? ô cupidi ſalus
Mundi Sigiſmunde! ô priorum
Egregÿs ſtabilita factis
Columna laudum? quêis ego, per tuos
Rudis Latini carminis artifex,
Librabo me pennis triumphos!
Quo referam tua bella verſu?
Te peruicacis carbaſa Caroli,
Poſt capta victæ fata Liuoniæ,
Latè per aſſertum Polono
Carpathium fugiunt Gradiuo.

Quæ

Quæ & exprobrantis ſibila Nerei,
Et fulminantûm ſpicula militum,
Sequuntur; Arctouſq; toto
Oceanus rubet in profundo.
Te, Terror olim; iam modo Fabula,
Emancipati fabula triſtior
Oſmanus Orbis, increpatas
Ante tubas, Lechicumq; iuſſus
Panere Martem. ter tibi Thracium,
Creta ſupinis non ſine collibus
Submiſit Hæmum: ter frementes
Theſſalia tibi flexit arces.
Non ille, quanquam ſub Chocimo ferox,
Millena denſi robora Goncani,
Dahaſq;, Creteoſq; noſtrum, in
Excidium ſtimulaſſet arcus:
Quanquam remoti tela Corallij,
Totoſq; iunctis Maſſagetas Scythis,
Thracaſq;, fataleſq; Beſſos
Odryſijs ſociaſſet armis;
Non ille, quondam fauſtiùs, in tuos,
Siſmunde, Lechos, ſollicitas metu
Laxauit iras: cum Gelonæ
Terga retrò retulêre Lunæ:
Et panè rubris decolor amnibus
Se ſe propinquo Danubius Mari
Infudit, & vulgata totis
Bella, Lycaoniaſq; cades
Narrauit vndis. Quid famularia
Dicam reuicta culmina Moſchuæ?

Aût bis triumphatas Smolenſci,
E tumulis regeram ruinas?
Tunc & cruentis Moſchua dicitur
Manaſſe riuis; tunc nimijs piger
Hinc inde ſucceſiſſe truncis,
Et mutilas ſuperaſſe fruſtra
Luctatus haſtas: panè ſtupentibus
Stetiſſet vndis, ni Mareotico
Adiutus à tabo, cruentas
In ſe iterum rubeo procellas,
Egiſſet æſtu; tunc & ouantia
Paſſim reciſo pila cadauere
Peltaq́, contiq́, & ſepultis
Arua, ferunt, tumuiſſe Moſchis.
Et hæc vetuſtus, anteq́ me prior
Spectabat Orbis: iam modò quæ propè
Pugnata, Sigiſmunde, vidi
Bella canam, rigidumq́ Fratrem.
Te Suecus olim, (nam memini puer,
Cùm poſt tuarum prælia partium,
Actumq́ poſt Martem, redibat
Emeritus tua ſigna Ductor,
Et me decennem belligeris Pater
Stringebat vlnis) te popularibus
Adolphus experitur armis,
Et Patria tibi cædit vndâ.
Ille & Gedani littus, & ardua
Circùmfluentis æquora Nerei,
Fruſtra coronârat dolosâ
Claſſe; ſuper trepidaſq́, latè

Syluam

Syluam timorum, & veliuolum nemus
Suſpendit vndas: ſed Lechico Thetis
Accenſa feruore, & ſub ipſa,
Veliuolum nemus, arſit vnda.
Heu! nuper illo qualis in æquore,
Qualis fugaces nuper in Ædonas,
Qualiſue in aduerſos ruebas
Theſſalici cuneos Trionis;
Talis Polono nunc etiam redux
Aſſurge campo: talis in arduum
Aſſurge, Sigiſmunde, Martem, ac
E tacito refer arma buſto.
Sed hèu! inani carmine Regios
Infeſto Manes; irreuocabilis
Eſt vrna Fatorum, & reciſum
Parca nequit reparare ſtamen.
Quin iam tacenti ſub tumulo ſacer
Quieſce puluis: Te tuus interim
Inter Polonorum Trophæa,
Clarat honor, memoreſq; cura.

VLADI-

VLADISLAVS IV.

ALexander Sarmaticus, Mars Polonus.
Huius mentitam Diuinitatem;
Illius Maiores Nomine ac Fortunâ ſuâ animos,
Magnus, & nunquam non fortunatus Bellator, correxit.
Diuis, PRIMO & FELICIANO, ſacrâ die genitus;
Anniuerſariam vtriuſque lucem, ortu ſuo illuſtrauit.
PRIMVS nimirum & FELICISSIMVS,
SIGISMVNDI Iagellonij, & ANNÆ Auſtriacæ partus;
Immò omnium ſui temporis Principum,
PRIMVS & FELICISSIMVS Princeps,
Quâ luce opportunius oriretur?
Parem natalibus indolem ſortitus;
Nec in pueritia quidquam humile exhibuit, præter ætatem.
Adeò, vt dignum iam tunc Moſchouia iudicaret,
Cuius humeris totam Magni Ducatûs molem imponeret.
Sed non eguit alienis fulcris, ad Magnitudinem
Ingens animus.
Etiam, ſine Magni Ducatûs titulis, nunquam non MAGNVS:
Puerilibus auſpicijs, vniuerſam Moſchouiam debellauit.
A domito, ac ſuis victorijs illuſtrato Septemtrione,
Ad pacandum Orientem digreſſus:
Maturus, in immatura ætate Mars,
Iuueni Oſmano, iuuenis opponitur.

TERROR

Google

TERRORI ORBIS,
SPES TOTIVS CHRISTIANITATIS,
VLADISLAVS.

Si vnquam aliàs, licuit tunc absque assentationis piaculo,
Orientem, in Oriente, Principis Fortunam, adorare:
Immò, admirari virtutem.
Tot partis victorijs insignitus,
Magnam Christiani Orbis partem, lustrando, illustrauit,
Vt nimirum, qui Orbis totius Hostem superauerat,
In Orbis totius theatro triumpharet.
Qui, Orbis Caput, esse Romam non ignorat; dicere potuit:
Vt victorijs suis vniuersum Orbem coronaret,
Romam, victor Princeps, contendit.
DECVS SEPTEMTRIONIS,

&

FIDEI PRÆSIDIVM,
A Summo, Christi in terris Vicario, appellatus;
Tituli huius maiestatem, totâ vitâ tuitus est.
Tandem D. Parentis Manibus, cœlo illatis,
In Paternum solium, pronis omnium votis elatus,
Ne Optimi Patris Fatum, sentiret Polonia, effecit.
Nec mirêre, Magnum absque æmulo Candidatum.
Cùm enim tantæ virtuti, parem Orbis dare non posset;
Imparem verò Polonia non admitteret:
Primus planè absque riuali ambitu Rex,
Orbis totius meruit suffragium.
Nempe, *donum quandoq; alijs Regnum est:*

Vladiſlao præmium fuit.
Auguſto meritorum ſuorum præiudicio ſecurus:
Ægrè precibus, ſuorum vota præiuiſſet.
Magnis nominibus calcatâ viâ, ad ſolium conniſus;
Haſtam, Sceptro; Galeam, Coronæ;
Regno, merita; præmiſit.
Dignus omninò illis imperare,
Pro quibus, & cum quibus, toties militaſſet.
Recens vncto Regi, triplicem hoſtem Fortuna obiecit.
Moſchum, in Seueria,
Turcam, in Podolia,
Suecum, in Pruſſia.
At verò tot hoſtibus maior animus;
Impenſiùs ſibi gratulatus eſt,
Tantam gladio ſuo, de Patria benè merendi ſegetem offerri.
Ergo iterum pro Sceptro, gladium;
Pro Purpura, Loricam, indutus:
Vt illa ruberet animoſiùs, hoſtili eam ſanguine inſperſit.
Dubites, videritné hoſtem priùs; ac vicerit?
Adeò ad victorem ſuum feſtinante victoriâ,
Vt nulla hoſti, ſe erigendi, mora eſſet.
Ingens, Centum viginti millium exercitus,
Cùm nullibi tutò conſiſtere poſſet,
Ad ipſius victoris Vladiſlai pedes, ſalutem inuenit:
Periturus omninò; niſi eo modo cecidiſſet.
Quippe ſuiſmet operib', vt Tauro ſuo Phalarides, incluſi hoſtes;
Caſtra

Digitized by Google

Caſtra, in clauſtra,
Munimenta, in monumenta conuerterant:
Æternùm in illis tumulandi; niſi victor Vladiſlaus,
Viuere conceſſiſſet.
Ita non Ciuium modò, ſed & Hoſtium Seruator,
Præcipuis plurium gentium bellatorib⁹ in vno exercitu ſeruatis;
Effecit:
Ne vſpiam viua Clementiæ ſuæ ſimulachra deeſſent.
Sed, *ingentes animos vna victoria non implet.*
Vnica Laurus, alterius præſagium fuit.
Dum pugnat in Moſchouia, vincit in Podolia.
Et quod pauciſſimis Imperatoribus conceſſum;
In Caſtris triumphat.
Didicit tum Abaſſius, adeòque Oriens vniuerſus,
Longas Regibus eſſe manus:
Supremo Numine, quiddam Diuinitatis Vladiſlao mutuante,
Vt nuſquam à ſuis abeſſet.
Sed maluit Abaſſium vitâ ſpoliare Amurathes,
Quàm vitam, vittamque ſuam, in diſcrimen adducere.
Præfocatâ, quæ ſe contra Vladiſlaum incitauerat, voce;
Turbulentum fædifragi Abaſſij ſpiritum,
Fœdiſſimo carceri; id eſt, ſuomet corpori, incluſit.
Sanè non aliter ſtringendus fuerat, qui adeò inſaniret.
Sanior Amurathi mens, & conſilium.
Fatali illo Anathemate, vindici Marti appenſo:
Vladiſlai vires adorare maluit, quàm adoriri.
Ita, priora illa VLADISLAI & AMVRATHIS nomina,
Non auſa eſt iterum committere Fortuna.

Aliàs qui VLADISLAVM ab AMVRATHE cæſum planximus;
Poteramus Amurathem, pro Vladiſlao cadentem videre.
Non quòd Amurathe illo, hic minùs ferocior;
Sed quod Vladiſlaus, Varnenſi, eſſet felicior.

Nec fuit difficile,

Tot trophæis, reliquorum hoſtium audaciam opprimere.
Suecis, ipsâ armorum oſtentatione, pacem perſuauit.
Nempe, iam olim ſub Paternis auſpicijs militantem experti;

Timuerunt, ne aciem illam ſentirent,

Quam ægrè Pater à fraterno iugulo repreſsiſſet,
Non quòd Vladiſlaus propinqui ſanguinis impiâ ſiti laboraret:
Sed quòd meliorem in Polonia Patriam agnoſceret:
Eamque quibuſlibet affinitatibus anteferret.
Paucis hæc annis, immò menſibus acta:

Stupente Mundo,

Quòd natus ad bella Princeps, pacem vbique circumferret.
Nimirum, Felicitatem Patriæ, Triumphis ſuis ducens potiorem:

Ingentem Martiæ laudis cupiditatem,

Illius commodis, libens, circumſcripſit.
Vt ſcires Vladiſlaum, non tam ſibi, quàm Patriæ ſuæ,
Non vincere ſolùm, ſed etiam viuere.
Fallitur, quiſquis Ciuium ſuorum diſpendijs,
Famæ ſuæ compendia quærit.
Pulcherrimùm eſt, æternitatem merituro Principi,
Pacis arbitrio, vincendi terminos definire.
Vltrò in naſſam Fatis influentibus,
Satiùs eſt ſummâ felicitate, non vti quantùm potes.

Reli-

Digitized by Google

Reliquum vitæ Vladiſlai, conſtans Fortuna tenuit.
Regno ad Pacis ſenſum compoſito,
Felicitate ſuâ vniuerſam Poloniam beauit,
MARS TOGATVS.
Virtutum eius compendia quæris! apices accipe.
Religionis & Pietatis, cultor acerrimus,
Patriæ & Ciuium, vſque ad ſui negligentiam, amantiſsimus:
Supra naturam, Humaniſsimus;
Vltra Principum conſuetudinem, familiariſsimus;
Ad vſque Regiarum Fortunarum anguſtias, liberaliſsimus;
Summam felicitatem, ducebat poſſe felices facere.
Nunquam enim, *in diuite Regno, Princeps, inops eſt.*
Nec *vlla felicitas magis ſua eſt, illâ;*
Quam ipſe Princeps fecerit.
Sed hêu! inuidiſtis eam Serenitatem Poloniæ Superi,
VLADISLAO,
Sole Patriæ, fatali occaſu, ſublato;
Tot malotum noctes Regno ſe infuderunt.
Heu! nunc etiam tot cædibus & mortibus,
PATRIÆ PATRI parentamus.
Adeò, vt cum exſpirante VLADISLAO,
Omnis Polonæ Felicitatis incolumitas,
Viſa ſit exſpiraſſe.

VLADISLAO IV.
PANEGYRIS LYRICA.
ODE XI.

EXcede Pindo, belligeris ſatur
Gradiue palmis; te generoſius
Numen, Trophæorumq; diues
In numerum redigit Monarcha.
Te bellicoſæ gloria Lechiæ,
Te Liberarum gloria gentium
Inuicte Vladiſlae, frontem
Sarmaticis redimita ſertis,
Bellona, primis clarat honoribus:
Et Martiarum præmia frontium
Palmaſq;, laureaſq; nectens
Perpetuos geminat, Triumphos.
Te Roma quondam, te procul extera
Nouêre gentes: cùm ſpolijs ſatur,
Pulſoq; iam claratus hoſte,
Quà gelidi ſuga feruet Iſtri,
Moſamq;, Scaldimq;, & geminum impiger
Hauſiſſe Rhenum, culmina Cæſarum,
Latamq; luſtrabas Viennam,
Auſtriacæ nouus hoſpes aulæ.
Tunc à Latinis Matribus, & ſimul
Ab innocentûm carmine Virginum,
Defenſor Europæ, & Latini
A pueris ſimul & puellis,

Aſſertor

Assertor Orbis, per resonabiles
Audiris auras. Ter tibi Dardanas,
Romanus inclinauit Alpes;
Ter Veneta assilière ripa.
Et ipse sacro celsior in Throno,
VRBANVS olim nectareo Pater
Arrisit ore, cùm per vrbem
Artificem tibi iussit ignem,
Suaq; testes latitia procul
Arsisse flammas; te socialibus
Vterq; Ferdinandus olim,
Austriaca decora alta Fama,
Strinxère palmis. Quid memorem tuis,
Quàcunq; fausium victor agis pedem,
Trophæa suscitata factis,
Et celebres simul hinc & inde,
Stetisse moles! non hilares ego
Mirabor ignes, non radiantium
Inuenta flammarum, tuaq;
Luce, sacras micuisse turres:
O digne tunc & nobilioribus
Princeps triumphis! quem positis minor
Hinc Moschus, hinc Osmanus, armis,
Quem pauidi fugitiua Daci
Vix dum peracta flore puêrtiæ,
Blandasq; primi Veris honoribus
Malas coronatum, imperato
Castra metu, timidisq; iam tunc
Nouêre turmis; quem Dominum prior
Suisq; diues Fama, recentibus
Rumorq; præcurrebat alis,
Hunc auidi sitis alta veri,

Fuisse

Fuiſſe quondam, cûi nimis imparem
Dicat triumpho: Par meritis honor
Non vſque prægrauat merentem;
Et meritis minor eſt ſub ipſis.
Sed iam Polonis reddite finibus,
Exercitatum ſub galeâ caput,
Rex Magne, tantiſper Lechea,
Poſt Domini pia buſta Patris,
Permitte Mitræ. ſic tibi libero
Aſſentit omnis Curia calculo:
Sic Fata, concordeſq; Diui,
Sic cupidi voluêre Ciues.
Minùs ſupremæ ſentit onus Mitræ
Duræ probatus pondere Caſsidis.
Tuliſſe militare ferrum,
Qui potuit; potis eſt & aurum.
Hunc ipſa Regem iam ter ab æthere
Appellat Echo: ter reſonabilis
Regem VLADISLAVM, & ſupremum
Littauici columen Ducatus,
Reſpondit Echo. iam tibi, iam graues,
Inuicte Regum, ſponte fidelibus,
Nutant Senatorum Curules
Verticibus; tibi nutat omnis
Polonicarum copia Turrium.
Quin & reuincta culmina Moſchuæ,
Geteſq;, ſubdituſq; Biſton,
Et trepidi mala fraus Abaſſi,
Et ille duri Mars Zaporouij,
Dum peruicaci vertice corruunt,
Lapſu approbauerunt in ipſo
Quod Lechici ſtatuêre Ciues.

Digitized by Google

IOANNES CASIMIRVS.

HIc tibi iam altiùs nitendum eſt calame.
Per tot, Ducum Regumque ſublimes animas, eluctatus,
Ad Iagelonicæ Maieſtatis apicem niteris.
Vltimum, immò ſupremum reſtat opus,
Tu nimirum
IOANNES CASIMIRE,
Regum poſt Reges natos Fortiſſime.
Fortunatiſsime dicere debueram:
Si aut Fortuna Regum, vulgaribus iudicijs ſe permittere;
Aut tu, vilibus ingenijs probare te voluiſſes.
Nihil in te Fortuna iuris habet:
Qui, nulli Heroum impar, iam olim didiciſti,
Virtuti omnia debere, Fortunæ nihil.
Nimirum, turbulentiſsimo Reipublicæ tempore,
Sceptris admotus es;
Vt labantem Olympum, ingens Atlas fulcires:
Vel fatigato Atlanti, integer Hercules ſuccederes.
Inhorruerat iam ad fauſti Sideris occaſum Polonia;
Niſi ad tuum ſe ortum erexiſſet.
Poſt fatalem Sereniſsimi Fratris tui Vladiſlai obitum,
Incubuit humeris tuis Patria;
Caſura forraſsis, niſi in eum Regem incidiſſet;
Qui ipſius ruinas ſciret efferre.
Tota in perniciem ſuam iurante Ruſsia;

Illicò ad nomen tuum reſpexit:
Quæ olim vni CASIMIRO, ipſam, ſub iugum miſſam, Ruſsiam;
Alteri verò, (Rixâ licet Matre genito,) pacatam Remp. debuit.
Nec defuêre antiquo Nomini, priora omina.
Stitiſti labantem Patriam.
Ad occaſum ſuum inclinatæ, inuictum Columen;
Te, inquam, ſuppoſuiſti.
Tuitus es contra ſeruiles impetus Libertatem.
Deniqúe infracto, tot inter ruinas, animo; eo loci conſtitiſti,
Quò vulgaris Fortuna non potuit adrepere.
Verùm ſatiùs eſt, vt eam hic loquentem audias,
Quam inuicto robore ſuſtentas labantem.
Per tot Ducum, Principum, Regumque ſuorum funera,
Ad tuum vſque ſolium à me deducta,
Ita te affatur Polonia.
Si me diu incolumem optas,
Viue diu incolumis CASIMIRE.
Vltimus hîc meos inter Reges legeris:
Vt omnium eorum Virtutes, & Fortunas,
Quidam veluti Epilogus complectaris.
Si mea vota; ſi iuſtæ ſpes non fallunt;
Tu Principum Regumq; meorum,
Compendioſam Epitomen in te exhibebis.
In te Regum Sereniſsime,
LECHI Primi Poloniæ Parentis, Fortunam, adorabimus;
VISIMIRI generoſitatem, agnoſcemus;

CRACI

Digitized by Google

CRACI, parem Sceptris maturitatem experiemur;
VANDÆ, viriles animos palpabimus;
PIASTI, Liberalitatem prædicabimus,
Trium LESCONVM, militarem genium admirabimur;
ZEMOVITI, Martij laboris patientiam obstupescemus;
LESCI IV. addictos paci animos diligemus;
ZEMOMISLI felicitate, fruemur.
Tu nobis, Lechi posterorum, rudem Literarum barbariem;
Insigni (supra quam Principum Maiestas assurgit) literaturâ:
LECHI Secundi in Fratrem admissum nefas,
Singulari Sanguinis tui amore;
POPIELI Primi ignauiam, Martiâ generositate;
Secundi, vesanas fraudes, Regali Candore;
Felicissimè repones.

Inte, MIECISLAI Religio, sanctiùs;
BOLESLAI CHROBRI, infracta Fortitudo, generosiùs.
CASIMIRI Primi, Pietas, Religiosius;
BOLESLAI AVDACIS, Magnitudo, incorruptiùs;
VLADISLAI Primi, Fortuna, veriùs;
BOLESLAI KRIVOVSTI, Generositas, fortiùs;
BOLESLAI CRISPI, zelus propagandæ fidei, animosiùs,
CASIMIRI IVSTI, Æquitas, Iustius;
LESCONIS ALBI,
Virâq; Fortunâ maior mens apertiùs;
BOLESLAI PVDICI, Tolerantia, generosiùs;
LESCONIS NIGRI, Magnanimitas, feliciùs;
PREMISLAI SECVNDI, Amor in Patriam, efficaciùs;
VLADISLAI ŁOKIETEK,

Infracta vtriuſq; Fortunæ victoria, capaciùs;
CASIMIRI MAGNI, potentia, magnificentiùs;
Orbi Polono, adeòq; Orbi illuceſcet vniuerſo.
Quidquid in LVDOVICO HVNGARO,
Quidquid in VENCESLAO BOHEMO;
Deſiderabam, Tu mihi abundè refundes:
Quid quid in MIECISLAO SENE,
MIECISLAO Secundo oderam, expunges:
Quidquid in NIGRIS, LASZKONOGIS, KRIVOVSTIS,
ŁOKIETKONIBVS,
Sors aut Natura peccauerat;
Totum in te compenſabitur.
Quidquid
In AVDACIBVS, IVSTIS PROBIS, CRISPIS,
PVDICIS, ALBIS, MAGNIS,
Amauerâm aut amiſeram;
In Te, veluti in Compendio inueniam.
De IAGELLONIBVS verò quid dicam?
Faceſſant ſuperſtitioſæ Metempſychoſes.
Sileant antiquæ recocti Æſonis fabulæ.
Si nunc etiam Deum ex Idea operari, certùm eſt:
Tu demum, eò mea de te vota promouebis,
Vt omnium quotquot nobis imperarunt Iagellonum,
Ideam Te, animumq; Tuum appellem:
Vel vniuerſos & ſingulos,
Animi tui Ideas extitiſſe affirmem.

Abſit

Abſit Prometheï vetus commentum;
Qui hominem fabricaturus,
Ex ſingulis viuentibus, ſingularia quæq; ei attribuiſſe fingitur.
Maius mihi de te votum eſt.
Vt nimirum ſublimes Iagellonicæ Maieſtatis dotes,
Ita in Te exprimas ſingulas;
Vt habere videaris ſingulares.
Viuet in Te VLADISLAORVM generoſa animoſitas:
CASIMIRI IV. Nomen & Æquanimitas;
IOANNIS ALBERTI, capax cuiuſuis ſcientiæ genius;
ALEXANDRI, magis conſulta Liberalitas;
SIGISMVNDI Primi, Auitui, matura Prudentia;
SIGISMVNDI AVGVSTI, agnominis veritas;
STEPHANI BATHOREI, Martius vigor:
SIGISMVNDI III. D. Parentis tui,
VLADISLAI IV. Fortunatiſſimi Fratris Tui,
Religio, Pietas, Magnanimitas;
Rerum præclarè geſtarum Gloria,
Et quidquid in vtroq; Orbis adorauit vniuerſus.
Subſcribite votis meis fauentes Superi.
In vnum hunc, omnium Principum meorum, dotes cumulate,
Viuat vobis, & mihi CASIMIRVS:
Vt ego vobis, & illi viuam.

Atque hîc iam Lechiados meæ,
DEVS Terminus eſto.
CASIMIRE REGVM SERENISSIME.

Iure ei NON PLVS VLTRA inſcripſero,
Quam tuo nomine coronaſti.
Tu ſanè, eius magnifica Periodus es.
Vt deſint tenuitati meæ alia;
FINIS certè OPVS meum CORONABIT.
Nullum Elogium ſcripſiſſe dicar, meliùs,
Quàm cum Tuo Te nomine compellaſſem.
Nec eſt cur hîc ampliùs, in percenſendis Factis tuis deſudem:
Næ illis ipſi Æternitatis Faſti ſufficiant.
Quidquid totâ hâc Lechiade Laudum colligi potuit,
Tuum Elogium eſſe volo, REGVM MAXIME.
Voto igitur teſtor affectum, quem facto non poſſum.
VIVE tam diu, & VINCE,
Regum poſt Reges natos Fortiſſime;
Donec eorum Ætates impleas,
Quorum virtutes, in te expreſſiſti.

ODE XII.

IOANNI CASIMIRO

PANEGYRIS LYRICA.

ET iam propinquo margine latior,
Littus recurvus, Ancbora dentibus
Momordit: euinctamq; verno
Flore ratem, LECHIAS, quietis
Admouit vndis: iam Tibi ſupplices,
Effuſa plenis ſuppara Carbaſis,

Malum-

Malumq́, demisêre, Muſæ;
Iam faciles, CASIMIRE, *proras,*
Inter Lechei fulgura prælij, &
Armata crudi tela Boriſthenis;
Triſteſq́ Fatorum procellas,
Et rigidi mala longa Martis.
At non cruentis horrida fluctibus
Bellona, fauſtum denegat aureis
Portum Camœnis; nec reflantûm
Ferrea diluuies Notorum.
Tui beato Nominis alite
BONÆ *propinquum ad vſq́* CAPVT SPEI
Prouecta, tranquillum ſubire
Audet; Io! mea cymba littus.
Nam ſi furentis vellera Nerei,
FORTVNA *quondam* CÆSARIS *eruit;*
Formidoloſo fluctuantem,
Naufragio eripiens phaſelum:
Quin, tot Polonis dines adoreis
Minas frementûm pagina fluctuum
Euincat? iratumq́ marmor,
Sanguinea ſuperet Charybdis?
Si tu vetuſto Cæſare dignior,
Tuo beatam nomine preſſeris;
Meq́ ſecurum, carinæ,
Exhibeas, CASIMIRE, *Portum.*
Te litterati culmen Apollinis
Et ſacra Muſis Pergama, ſupplici
Nouêre Lauru; nouit olim,
Vi'a tuis tumuſſe Mitris

Facundio-

Facundiorum Regia Numinum;
Quando erudita Palladis atria
Attollis; & Scientiarum
Ingenuos vacuas canales.
Sed iam cruenta laudis auarior
Bellona, Musis; Mars & Apollini
Successit: armatumq; Numen
Magnanimis fremit in medullis.
Quantus per alti flumina sanguinis
Naufragantis Carbasa Patriæ,
Obuertis in Portum? ratemq;,
Impauido moderaris ausu.
Quamuis rebelli fortius Africo
Vulgus, minaces seditionibus
Attollat vndas; & latrantes
Armipotens struat ira Syrtes.
Hinc fœdentia Cynthia Thraciæ;
Illinc seuera bruma Propontidis;
Iugumq; dedignatus Ister,
Perpetuos inimicat æstus.
Illinc Suèuis torua LEONIBVS
Admugit Arctos: Tu tamen aureos
Moliris Orbes, & procaces
Imperio cohibens tumultus,
Inter ruinas rectus, & integer
Persistis Atlas; cum Borealium
Hyems pruinarum & molesta
Parrhasia furat aura brumæ.
Quàm lentus iræ; quàm modici interim
Parcus cruoris; fœda rebellium

Quamuis

Quamuis tumultuum procella
Arma vocat, veniaq; largum
Irritat enſem. nempe decet magis
Inominati ſobria ſanguinis
Laurus; cruentataſq; vincit
Innocuum Stephanoma Palmas.

O ſi Polonis vnanimes forent
In arma dextræ! ſi tumidæ ſpei
Mentes, & obcæcata mollis
Deſidiæ minor eſſet vmbra?

Heu! quanta nobis Te Duce ſurgerent
Trophæa, Princeps! quanta recentium
Meſſis Coronarum, vetuſtis
Adlegeret, noua Regna, Regnis.

At nos profundo ſtertimus otio,
Actoſq; vanis Conſilijs dies,
Fetumq; rixarum Tribunal
Turpibus extrahimus querelis.

Priuata quenquam commoda diſtinent;
Aut blandientûm damna Clientium:
Oblitus omnium, per omnes
Quiſq; vices, ſibi ſudat vni.

Hèu! ſi labantis te Patriæ vltimum,
Polone, funus; ſi Cineres Patrum;
Si Diua LIBERTAS, Auorum
Belligeris ſtabilita dextris

Tangit: fideli Conſilium manu
Et verba nudo pectore ſuppleas;
Actorq; non Auctor videri
Sollicitus, ſteriles tuorum

Euince curas. Huc vbi Martia
Perorat acri buccina classico,
Pleno coronati Senatu
Sarmatici properate Ciues.

Hic Martialis, Consilium, manus
Votumq; primus mucro feret, truci
Impactus hosti · hoc, hoc Polonis
Iusta mei vouet ira Phœbi.

Hoc ipse nobis fortibus emicans
Persuadet armis; dumq; pigras prait
Rex ipse turmas, fluctuantis
Se PATRIÆ probat esse PATREM.

O! qui potenti Fata regens manu,
Incerta Belli, Numine prospero.
Momenta dispensas; ruentes
Sarmatiæ moderêre sortes.

Viuat labantis prima Poloniæ
Columna Princeps! viuat, & aureos
Lechisq;, Lechiaq; tandem
Restituat, CASIMIRVS, Annos.

AD VIR-

Digitized by Google

AD VIRGINEM MATREM, PRO LECHIADE SVA, CARMEN VOTIVVM.

AT cùm noſtra, BONÆ, VIRGO, CAPVT SPEI
Feſtis ingreditur Cymba Fauonijs;
Antennaſq; coronat
Picti veris honoribus:
Oblitusne Tui Nominis, integra
Submittam placido carbaſa Nereo?
Nî Te ſupplicè voto,
Et ſacrâ geminem prece.
Abſit tàm ſtolidum Phœbe piaculum,
Infandumq; nefas: protinus hîc vbi
Accliuata modeſtis
Aſſurgit tumulis humus,
Aram de viridi cæſpite conſtruam,
Aram Virginei Nominis hoſpitam,
Quam Lauriq;, Crociq;
Pancheis cumulent roſis.
Hîc iam Pierijs functa laboribus
Delaſſata Deæ appendite barbita;
Bullatoſq; volenti
Frenos demite Pegaſo.
Hîc Frenum, & Cythara, ac emeritæ Ratis
Clauus, perpetuo munere pendeant.

Votiuumq; Celeuſma.
Nomen Virginis aſſonet.

O! quæ Sidereis diues honoribus
Noſtræ certa SPEI dicoris ANCHORA;
Securiſq;, SALVTIS
PORTVM, Nauibus erigis:

Quidquid ſollicito pectine luſimus,
Inter Sarmatici fulgura prælij:
Quidquid præpete pennà,
Et fauſto dedimus Ioue:

Totum, Virgo, Tuos ſternitur ad pedes,
Totum, Virgo, Tuis, cedit honoribus:
Cum Sceptriſq; Mitriſq;, &
Armati lituis DEI.

FINIS.

A. M. D. G.

Errata ſic corrige.

Pag. 39. lin. 5. Pannonico leg. *Panico.* pag. 54. lin. 20. eonhis l. *conchas.* Pag. 154. lin. 18. inuoluctis. l. *inuolucris.* Pag. 165. lin. 7. medulis: l. *medullis,* Pag. 252, lin. 15. proijciret. l. *proiiceret.* Pag. 266. lin. 7. odijs, l. *alois.*

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google